BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXV
A
5
NAPOLI

20.05.

H. 178. G.

XXV
a
5

Google



Digitized by Google



Digitized by Google

SPECTRO LOGIA,

h. e.

Diſcurſus ut plurimum Philoſophicus

de

SPECTRIS;

Brevibus & ſuccinctis theſibus

Illorum Exiſtentiam, Eſſentiam, Qualitatem, πȣ̃, Varias apparitionum formas, & fallacias exhibens.

Autore

M. Joh. Henrico Decker.

HAMBURGI,
Apud Gothofr. Liebernickel.
Literis Brendekii
Anno 1690.

Per Illuſtri & Excellentiſ-ſimo Domino,

Dno.

JOACHIMO

ab

ALEFELD,

Hereditario Domino in Bockhagen & Olpenis, Sereniſſimi Ducis Regentis Schleſvici & Holſatiæ Regiminis Præſidi Provinciali, Intimo & Status Conſiliario, ut & Præfecto in Trittou & Reinbeck,

Dno. Mæcenati & Patrono ſuo Summo,

Felicia Quævis!

DUm lectionem meam ad Doctorũ libros adhibeo, haud inſolẽs eſſe video, Perilluſtris Excellentisſime Præſes, Magnorũ Virorũ nominibus, diſputationes, tractatulos, & omnium facultatũ libros inſcribi. Cauſam quoque non miror. Sunt enim ſæpius Illu-

ſtrium

ſtrium Virorum merita in librorum editores tanta, ut, niſi ſe viciſſim aliquo modo expedirent, ingrati merito hoſpites cenſendi eſſent. Vel, ſi eadem hæc cauſa ſemper non eſt, tantas tamen in Illis conſpiciunt virtutes, ut non poſſint non illas exoſculari & venerari. Quæ cum ita ſeſe habeant, tractatulum hunc ſcribens,

haud multum ego quoque deliberandum cenſui, cui is potiſſimum conſecraretur. Mihi enim diſpicienti quis bonis literis imprimis conſuleret, & impenſius faveret; en, ſtatim ſubiit animum TE ipſum eſſe, qui præcipuum hoc in ordine locum vendicare poſſes. Ne enim dicam, TE inſtar Navarchi longe peritiſſimi

jam

jam â multis annis A-
cademiæ Kilonienſis,
(in qua olim ſtudiis e-
nutritus) Gubernacu-
lum, ſingulari Sapien-
tia & Prudentia, tenu-
iſſe; quæ ſola cauſa
ſufficiens eſſe poſſet,
ſummæ obſervantiæ,
fidei, gratiq; animi mo-
numētū publicū offer-
re. Tanta porro TUA
in me nuper Schle-
ſvici præſentem fuit
Gratia, ut eā non poſ-

ſim non debita animi ſubmiſſione publice decantare, & in id intẽtus eſſe, ut, niſi vitam mihi acerbam velim, **Tantum Patronum** revereri me maximè, hac nuncupatione palam conteſter. Accedit tertio alia rei necesſitas. Cum enim tractatus hic, antequam imprimeretur, in quorundam doctorum

ma-

manus perveniret, qui inter volvendum & revolvendum, ratione conſtructionis & Styli quædam σφάλματα, ut opinabantur, enormia in eo obſervarent, non ſat ipſis fuit, hæc inter privatos parietes annotaſſe, ſed ſiniſtrè illa interpretati, ad Perilluſtrem Excellentiam Tuam detulerunt, quo vero fundamen-

mento, jure, ac fine; ipſi illi norunt optimè. Hæc ipſa vero, dum ab aliis viris, virtute & fama celeberrimis, Patronis meis minimè dubiis, certò cōperiſſiſſem; Nullo modo illa grè ferebã, quin potius, recta cōſcientia munitus, de Tanto judice mihi gratulabar, certò certius perſuaſus, Perilluſtrem Excellentiam Tuam,

ut omnibus ſemper, ita & mihi quoque nunc, alterũ Ariſtidem futurã. Accipe igitur, Mœcenas ac Patrone maxime, ſereno vultu, hunc, quẽ ſum̃a cũ animi obſervantia tibi offero, tractatulum, & cum hoc, ipſum illud, DEUM teſtem provoco, αὐτόγραφον, quod Viris illis doctis videndum obtigit. TUI ſit, pro Divino

vino ingenio, ſolius hac in re propria veri inquiſitio & inveſtigatio. TE judicem ſolum agnoſco. TE innocentium defenſorem veneror. Quod reliqvum eſt, ne longiori oratione TUA facilitate abutar, pro felici Præſidio TUO, cæterisq; tā animi quā corporis bonis, imo, pro totiꝰ Perilluſtris familiæ TUÆ in

columitate, DEUM Ter Opt. Max. piis colere & venerari votis, nunquam me ceſſaturum promitto. Qui ad extremum vitæ halitum ſum

Perilluſtris Excellentiæ Tuæ

Dabam Hamburgi
3. Jd. Martii.
Ao. 1690.

Obſervantiſſimus Cultor
& Servus
M. Johannes Henricus
Decker.

B. L. S.

CUm in eo eſſem, ut hanc qualemcunque opellam meam prelo committerem; forte fortuna incidi in libellum, ſatis alias orbi literato notum, qui inſcribitur: *Tentamina Phyſiologica, conſcripta a Roberto Boyle Nobili Anglo*: In quo, ſub initium

tium ſtatim, & in ipſa commentatione procœmiali animadverti, perſpicaciſſimi ingenii virum valde ſollicitum eſſe, an elegantem hunc ſuum tractatum cenſuræ totius orbis eruditi ſubjiciat, an vero non? Nimirum: ſe *parum à doctrina inſtructum*, dicit, *cum tamen eruditum cluat ſeculum*, unde ipſi etiãnum potius *diſcendi neceſſitatem incumbere, quam docendi ſuppetere fa-*

cultatem. Hæc dum legerem, accuratiusque penſitarem; non mirabar ſolùm, ut ingenuè fatear, ſed hæſitabam quoque, an tractatulum meum publici juris facerem an vero non? Cogitabã enim: ſi illi,

queis meliori luto finxit
præcordia Titan,

de eruditis ſuis ſcriptis evulgandis dubii ſunt; quis ego, qui hiſce pagel-

gellis in publicum prodire audeam ? Cui accedebat , quod facile conjicerem , quosdam inventum iri, qui hunc meum laborem arroſuri , & omnia in pejorem partem interpretaturi eſſent. Verum enim veró animum denuo ſumſi, &, quod ſemel bono cum Deo occeperam , ſub ejus auſpicio quoque ad finem perducere conatus

natus

natus ſum, non quidem ex aliquo ſcribendi pruritu (DEUS Καρδιογνώςης novit!), ſed ſumma neceſſitate eo adactus; ſuaſu item Virorum, Pietate, Eruditione, ac meritis longe inſignium, ad hæc incitatus. Præbe igitur te, quicunque has pagellas evolvere dignaris, Benevolum Lectorem, & hunc qualemcunque ingenii mei

fœ-

fœtum æqui bonique conſule. Obſervabis autem perlegendo, me multos paſſim autores, & plures forſan, quam par eſſet, adjeciſſe; quod tamen haud iniquo, ut ſpero, feres animo. Quia enim in me illud Pythagoricũ, αὐτὸς ἔφα, non quadrare bene noſſem, omnino neceſſum duxi, verbis meis, doctiorum autorum teſtimoniis in medi-

dium allatis, fidem conciliare. Neque diffiteor, plura etiam ad ipſam materiam quod ſpectat, adjici potuiſſe; aſt, cum non volumina, ſed tantum tractatulum conſcribere decreviſſem, nolui juſta mole eundem excedere. Σφάλματα, ſi quæ notaveris, non adeo invidis, credo, adſpicies oculis, ſed pro Benevolentia tua emendabis. Cæterum favori tuo me iterum iterumque commendo.

α. ω.

CAP. I.
Examinat
Spectrorum Exiſtentiam

Conſpectus.

§. 1. Ordinis ratio. §. 2. Spectrorum exiſtentia demonſtratione διότι oſtendi non poteſt, §. 3. ſed demonſtratione ὅτι §. 4. Probatur igitur (α) ex V. T. §. 5. (ϐ) ex N. quoque §. 6. 7. 8. 9. Adverſarii, quibus hoc caput oppoſitum. §. 10. Illorum objectio prima pro neganda ſpectrorum exiſtẽtia §. 11. examinatur §. 12. 13. Spectra exiſtere poſſe, â non repugnantia §. 14, 15. & actu exiſtere ab Hiſtoriarũ fide §. 16, 17 & experientia quotidiana probatur. §. 18. Autores, qui exempla de apparitionibus ſpectrorum adduxere §. 19. horum fides rejici non poteſt. §. 20. ſecunda adverſariorum pro neganda ſpectrorũ exiſtentia objectio, cum addita reſponſione §. 21. Tertia objectio, §. 22. cujus fundamentũ §. 23. examinatur. §. 24 Quarta obje-

ctio Cæſaris Vanini §. 25. ejus argumenti probabilitas §. 26. rejicitur §. 27. Quinta aliorum objectio cum addita reſponſione. §. 28. Concluditur: Dari ſpectra.

§. 1.

ETſi ſint, qui, rem aliquam examinantes, hunc tenere ſoleant ordinem, ut primo ejus eſſentiam, deinde exiſtentiam ejusdẽ, ultimo denique cæteras entis affectiones vel proprietates atq; operationes examinent, nixi fundamento illo: Quod *exiſtendi actus ſit modus eſſentiæ ſuperadditus* (a). Facile tamẽ me veniam impetraturum confido, ſi de ſpectris diſcurrens alio ordine ita progrediar, ut primo illorum Exiſtentiam, deinde & Eſſentiam eorundem demonſtrem. Nam, cum adhuc ſub judice lis ſit: an eſſentia ab exiſtentia in creaturis realiter, an vero

(a) Baronius Philoſoph. Theol. Ancill. Exercit. I. art. IV. p. m. 25. & Ebelius Compend. metaphyſ. p. m. 99. ſeq.

vero ſola ratione differat (b)? &, ſi differret, tamen ſint â quibus, præſentem materiam quod ſpectat, utrumque in dubium vocetur, imo, â quibus etiam abſolutè negetur, nihil certi ſanè docere poſſumus, *quid* ſint, niſi in anteceſſū poſitio illa probetur, *quod* ſint. Si enim nō darētur ſpectra, ridiculū multis non imerito videretur, de non-ente ut ente diſſerere velle. Probabo igitur hoc primo capite: *Quod ſint.* Secundo: *Quid ſint.* Tertio: *Quales genii ſint.* Quarto: *In quo* τῷ *degant.* Quinto: *Quibus conſpicua & infeſta ſint.* Sexto: *Varias apparitionum formas* conſiderabo. Septimo denique: *Quomodo ſenſus externos in hiſce ſuis apparitionibus vexent*, inquiram. DEUS cœpta ſecundet!

§. 2. Nec vero, dum Spectrorum actualem exiſtentiam probo, inten-

(b) Baronius d. l. & Scheiblerus opere metaphyſ. Lib. 1. cap. XV.

do, ſolo naturæ luminis ductu, ſive â priori, illam demonſtrare. Nam, cum illorum exiſtentia tantum ſit poſſibilis & contingens, inferri ſolum poteſt: ſpectra *poſſe* exiſtere, non vero, revera in rerum natura eſſe. Si enim per aliquam rationem oſtendere vellem, fieret id demonſtratione διότι; quando nēpè aliquid examinatur per proximam cauſam efficientem, quod hic fieri nequit, cum ſic probandum eſſet, DEUM, qui rerum omnium eſt opifex, ſpectrorum exiſtentiam de facto produxiſſe, quod cum hic, ut dixi, oſtendi non poſſit, concludendum eſt: Spectrorum exiſtentiam â priori demonſtrari non poſſe.

§. 3. Reſtat proinde, ut, quæ hac de re certitudo haberi poteſt, per cognitionem *â poſteriori*, ſive demonſtratione ὅτι, comparetur, hoc eſt, per effecta quædam vel alia ſigna

gna aut teſtimonia, quæ ſpectrorum præſentiam indubitatò arguant.

§. 4. Sic igitur probo illam, & quidem (α) ab apparitione in V. T. facta. En de hac clarum teſtimonium, & quidem ex 1. Sam. XXVIII. depromptum, ubi aliquid in forma Samuelis mulieri Pythoniſſæ & Sauli apparet, quod ſpectrum fuiſſe, ab omnibus, imo ipſis adverſariis, quibus id, quod in ſcriptura ſacra continetur, αὐτόπιστον & ἀναπόδεικτον eſt, nunquam negabitur (c).

§. 5. Veteri Teſtamento adjungo (β) Novum, & ex eo quidem locum Math. XIV. 28. Ubi, eò quod Chriſtus in media nocte mare perambulat, omnibus ſuis diſcipulis navi inexiſtentibus opinionem hanc obrepſiſſe legimus, videre ſe ſpectra. Et licet quidem Salvator, in iis, quæ textum ſeqvuntur, reſponſione ſua oſtendat, diſcipulos hic in objecto erraſſe,

(c) Confer. Cap. II. §. 22.

raſſe, opinione tamen hac de Spectrorum exiſtentia illos non liberat, quod utique feciſſet, ſi illa, ut cum Metaphyſico loquar, præter eſſe cognitum non habuiſſent eſſe reale. Hinc liquet, ſpectra tunc temporis hominibus apparuiſſe.

§. 6. Sed diſpiciendum nobis eſt, quosnã hic adverſarios habeamus, quidve ad hoc illi reſpondeant. Ex *Noſtratibus* quidem, quod meminerim, non habemus, qui Spectrorum exiſtentiam apertè in dubium vocent. Ex *Reformatis* vero quidam, & ex Atheis omnes illam deſtruere conantur. Sic ex iis, qui jam olim quoque ſpectra negarunt, ſe nobis ſiſtunt *Sadducæi*, docentes, *μὴ εἶναι ἀνάστασιν, μηδὲ ἄγγελον, μήτε πνεῦμα* (d). Qui, licet à *Menaſſe Ben Iſrael* excuſentur, (e) ac ſi non omnimodam

(d) Act XXIII. 8. (e) de Reſurrect. mortuorum p. 43.

dam ſpirituum exiſtentiam negarint, qua de re *Joſephus Scaliger* quoque dubitat (f). *Lightfootus* tamen clarè ex ipſo ſcripturæ contextu contrarium demonſtrare annititur (g).

§. 7. Hiſce ad latus jungo *Epicurum*, qui, ut *Voſſius* (h) & *Gaſſendus* (i) referunt, omnium ſpirituum exiſtentiam negavit. Et *Ariſtotelem*, quem, licet intelligentias orbium cœleſtium motores ſtatuat, præter has tamen nullos ſpiritus creatos, & ſic ne Dæmonas quidem, concedere, ſcribit Excellens Theologus Dn. Doct. *Hect. Gotfr. Maſius* (l) *Herman. Riſuvich* Batavum illis quoque aſſocio & *Raph. de Simanca*, quo-

 rum

(f) in Elench. Tribæreſ. (g) Operum Volumine II. p. m. 1283. 1284. (h) Libr. I. Idololatr. Cap. VI. (i) Philoſ. Epicur. Syntagm. cap. VI. (l) in diſſert. de exiſtent. Dæmon. quæ ſubnexa ejus libro de Diis obotritis p. m. 21. 22.

rum utrumque Dæmonum exiſtentiam negaſſe, refert jam citatus Dn. Doct. *Maſius* (m). Nec eſt quod hic excipiamus famoſum illũ Atheum *Thomam Hobbes*, (n) *Reginaldum Scotum* (o) W*ebſterum* (p) *Caſſium* (q) *Illuſtrem Carteſium* (r) *Davidem Joris* (ſ) *& Democritum Abderitam* (t). §. 8.

(m) d. l. (n) in libro quem Leviathan inſcripſit cap. XLV. p. m. 305. ſeqq. & alibi paſſim. (o) in his Discovery of Witchcraft lib. VII. cap. XV. (p) ita refert *Joſ. Glanvil* in Saducismō Triumphato parte II. Tit. proof of Apparitions from holy ſcripture. (q) ut habet Plutarchus in vita Bruti p. m. 711. (r) ut refert Dn. Doct. Schwelingius in διασκέψει geniorum ex naturali lumine petita cap. XII. p. 6. (ſ) ut *Voetius* refert Vol. I. Diſput. ſelect. p. 999. (t) ut refert *Simon Majolus* Dierum canicul. Tomo II. colloquio II. p. m. 183. & *D. Laertius* lib. XI. de vita & moribus Philoſophorum. Tit. Democritus.

§. 8. Ex *Reformatis* autem ſtrictè ſic dictis Joh. *Crocius* (u), *Potentia Satanæ*, inquit, *promulgatione & ſuſceptione Evangelii ac fide eliditur*, & paucis interjectis: *Ubi Evangelium prædicatur, ibi ejus regnum potenter deſtruitur.* Ut autem eo melius animi ſui ſenſa de ſpectris exprimat, adducit locum *Athanaſii* dicentis (x): *Olim ubique Delphica, Dodonæa, Bœotia, Lycia, Ægyptiaca, Cabirorum oracula impoſturis vaticiniorum ſcatebant. Pythia apud homines in admiratione erant: Nunc, ex quo Chriſtus ubique prædicatur, ejusmodi veſaniæ conquieverunt, nec ſupereſt ullus fatidicus. Olim Dæmonia inani ſpecie ludibriisque rerum intricabant homines, inſesſis alibi fontibus, alibi fluvis, lapidibus aut lignis, atque ita præſtigiis fa-*

A 5 *tuos*

(u) Comment. in Epiſt. Pauli minores, Tomo I. p. m. 289. (x) Operum tomo primo oratione de incarnatione verbi p. m. 101.

tuos in ſtuporem agebant: Nunc vero, cum apparuit DEI verbum, ſpectra hujusmodi, & ludibria imaginum ceſſaverunt. Ubi, quid Athanaſius de ſpectris ſenſerit, ex adductis patet. Interim, quod eadem quoque mens docto Crocio fuerit, ex adjectis ſuis notis, & ex eo, quod dictum patrem in ſui defenſionem citat, haud obſcurum eſt.

§. 9. Adjungo hiſce Eccleſiæ Anglicanæ addictos quosdam, *Epiſcopales* quos vocamus, qui etiam Spectrorum exiſtentiam negant. *Lightfootus* quidem illam concedit, dum enim de ſpectris agit, ſcribit: (y) *That there have been, and may be ſuch apparitions, there is no queſtion, and Hiſtories give us ſome inſtances in this Kind. As on among many, that famous ſtory of the ghoſt of Julius Caſar, after his beeing murthered, and tel-*

(y) Operum Volumine II. in dictum Act. XXIII. p. m. 1285.

telling him : Videbis me apud Philippos. *Thou ſhalt ſee mee again at Philippi, and ſo he dit.* Fuiſſe olim, & ad huc dari tales appariſiones, dubium nullum eſt, ab hiſtoricis enim ea de re ſatis edocemur, &, ut unam ex pluribus adducam, trita eſt hiſtoria de Julio Cæſare, cujus ſpiritus poſt internecionem Bruto homicidæ apparuit, ita illum alloquens: Videbis me apud Philippos, quod etiam factum. Nec diſſentiunt ab hoc Joſephus Glanvil (z) & *Henricus Morus* Anglus, qui ultimus, contra Atheos diſputans, ſpectrorum exiſtentiam probat. (aa)

§. 10. Aſt vero, quidam tamen Angli, quibuscum mihi ſermonem inſtituere licuit, illam negant, habito tamen certo temporis reſpectu. Nam, olim ſpectra extitiſſe atque ap-

pa-

(z) in Saduciſmo triumphato parte II.

(aa) in ſuo Antidoto adverſus Atheiſmum lib III. paſſim.

paruiſſe, concedunt cum Reformatis ſtrictè ſic dictis, negant cum iisdem hiſce temporibus illa dari. Ne autem videantur ſine fundamento hæc ediſſerere, afferunt ſupra allatam rationem Athanaſii, dicentes: (bb) A Chriſto nato, & præprimis ab ejus deſcenſu ad inferos, regnum tenebrarum (ad quod ſpectra etiam referunt) deſiiſſe, juxta ipſius Apollinis effatum:

Me Puer Ebræus, divos Deus ipſe gubernans
Cedere ſede jubet, triſtemque redire ſub orcum.

§. 11. Sed, licet regnum tenebrarum per redemptionem Chriſti deſiiſſe & nos doceamus, hinc tamen ſequi: Spectra apparere non amplius poſſe, ſanè non video. Argumen-

(bb) Vide eandem objectionem proferentem Reginald. Scotum, in his Diſcoverey of Witchcraft: Libr. VII. cap. XV.

mentum hoc evincit tantum, nullam per illam Diabolo poteſtatem in nos relictam eſſe, quod vero non ludat ſpectris, & lubentisſimè, ſi modo fieri poſſet, nobis noceret, hoc argumento non deducitur. Nec inſtantia prolata hoc ipſum evincit, cum â particulari, quod ajunt, ad univerſale, nulla valeat conſequentia, nec exinde, quod quædam ſpectra, oracula ſcilicet, deſierint, concludere ſtatim licet: omnia ſpectra ceſſaſſe; nam diverſiſſima hic eſt ratio. Cum enim oracula omné populum in hunc errorem inducerent, ac ſi ſummi numinis effata eſſent omnino, cum vera mundi ſalus naſceretur, tanta ſuperſtitio, vi meriti Chriſti, ceſſare debuit; de ſpectris vero hodiernis talia, per DEI gratiam, non timemus.

§. 12. Ut autem tum illis, qui ſpectrorum exiſtentiam in mundo aſpectabili, tum illis quoque, qui omni-

omnimodā illorum exiſtentiam negant, ſatisfiat, utrisque philoſophica quædam opponam argumenta, in quibus, ut ordine progrediar, primo ſpectrorum *posſibilem* exiſtentiam oſtenſurus ſum, ut hoc modo illorum opinioni obviam eam, qui ſpectra dari non poſſe πὺξ καὶ λὰξ defendunt.

§. 13. Poſſunt igitur ſpectra exiſtere, quia nullam ad exiſtendum repugnantiā involvunt. Nam, ſi exiſtere non poſſent ſpectra; aut dari illa repugnabit ex parte cauſæ efficientis, aut parte rei, aut ex parte finis, & fructus Non ex parte cauſæ efficientis; Illa enim eſt DEUS optimus maximus, cujus illimitata poteſtas & potentia eſt. Nec ex parte rei; Si enim conceſſeris, ſpiritum quendam absque corpore ſubſiſtere poſſe, quod ipſum & gentiles de anima ſeparata confeſſi ſunt, quid ni alius quoque ſpiritus ab anima diſtinctus,

qua-

qualis in ſua eſſentia Spectrum eſt, idem præſtare poſſit. Nec denique ex parte finis & fructus; Nam, licet quidem ordinarium converſionis medium ſit ipſa Scriptura Sacra, poteſt tamen homo per apparitiones ſpectrorum quoque hoſtem humano generi infenſiſſimum noſcere, quæ cognitio poſtea veram quoque in illo excitare poteſt pœnitentiam, quâ obtentâ, Satanæ effugere malitiam & nequitiam rite valeat.

§. 14. Neque vero ſat eſt ſpectra exiſtere poſſe, cum â poſſe ad eſſe nulla conſequentia formari poſſit. Ulterius igitur alio argumento, nimirum variis exemplis teſtimoniisque doctorum actualem quoq; ſpectrorum exiſtentiam probo. Et quidem, in aciem hic ponã dæmonem familiarem Facii Cardani, cujus mentionem faciunt ex filii Hieronymi Cardani libro de ſubtilitate XIX.

Ke-

Keckermannus(cc), Autor *Anonymus*, (dd) & Hoſpes quondam ac Præceptor meus plus quam filiali obſervantia proſequendus; Vir Magnificus Dnus Doct. *Kortholt* (ee) Verba autem Hieronymi hæc ſunt: *Facius Cardanus dæmonem ſe familiarem per 30. ferme annos habuiſſe confitebatur. Demum, cum illius ſcripta requirerem, quod ſæpius audieram, ita literis ac memoriæ mandatum inveni. Idibus Auguſti, 1491. cum peregiſſem ſacra, hora diei 20. apparuerunt de more ſeptem viri, ſericeis induti veſtibus, pallio quaſi Græco, caligis (ut videbatur) purpureis, ſubuculæ thoracibus ſplendentibus ac rubentibus, ut e chermeſino eſſe viderentur, forma auguſtiore quam communi, &* con-

(cc) in præcognitis Philoſoph. p. m. 127 (dd) in his Anotomy of Melancholy Parte I. Sect II. p. m. 43. tit. nature of Devils; (ee) in Appendice de trib9 impoſtorib9 magnis p. m. 235. § 3.

conſpicua admodum, Nec tamen omnes ſic veſtiti; ſed duo, quos conſtabat eſſe nobiliores inter ipſos: nam illorum alterum, qui procerior erat & rubicundus, duo alii ſequebantur comites; alterum, qui pallidior eſſet ac minor corpore, tres alii. Ita omnes ſeptem erant. Capitine quid haberent impoſitum, an nudum eſſet, ſcriptum non reliquit. Ætas illis juxta quadrageſimum annum, ſed quæ nec trigeſimum præferret. Cum interrogarentur, quinam eſſent, reſponderunt, homines eſſe quaſi äereos, qui & ipſi naſcerentur ac interirent: verum vitam illorum noſtra eſſe longe diuturniorem, ut quæ ad annos 300. extenderetur. Interroganti de animæ immortalitate noſtræ, nihil quod cuique proprium eſſe, ſupereſſe affirmarunt. Ipſos divis eſſe conjunctiores multò humano genere, ſed tamen ab illis infinito pene diſtare intervallo. Nec ſecus illos nobis aut beatiores eſſe aut miſe-

riores

riores, ac nos ipſis ſummis belluis. Nihil latere abditarum rerum, ut nec libros, aut pecunias: infimamque illorum colluviem eſſe genios virorum nobiliſſimorum, non ſecus ac homines viliſſimos generoſorum canum aut equorum educatores. Cumque ipſi tenuiſſimo eſſent corpore, nihil nobis commodi aut detrimenti poſſe afferre, præter ſpectra atque terrores, tum ſcientiam. Erant alteri, qui minore erat corpore, 300 diſcipuli, alteri 200 in publica Academica. Uterque enim eorum publice profitebatur. Cum pater meus interrogaſſet, cur, ſi theſauros noſſent, ipſi non revelarent hominibus? reſponderunt, ſancitum eſſe hoc privata lege maximis pœnis, ne quisquam hoc eis communicet. Manſerunt apud illum horis pluſquam tribus: diſputarunt autem interim. Rogante illo de cauſa mundi, qui procerior erat, negabat DEUM effeciſſe mundum ab æterno: contra alter adſtruebat, per ſingula

mo-

momenta ita DEUM creare mundum, ut, ſi vel momento deſiſteret, protinus mundus ipſe periret.

§. 15. Sic meminit *Fulgoſus* (ff) & præter hunc *Plinius ſecundus* (gg) *Dominicus Vipera* (hh) *Sabellicus* (ii) *G. Pictorius Villinganus* (ll) & alii: Ædes Athenis fuiſſe nocturno ſpectro macilento & ſtridore catenarum admodum infeſtas; Has pretii vilitate adductus Athenodorus Philoſophus conduxit, [illegible]m ſuo loco egrediens benè obſervavit, humum effodit, invenitque hominem ſpectro illi ſimillimum, quo facto, ceſſavit terriculamentum. De Bruto referunt *Plutarchus* (mm) &

(ff) Lib. I. cap. VI. p. m. 711. (gg) lib. VII Ep. XXVII. (hh) de verit. relig. Chriſt. lit. O. p. ult. (ii) Libro exemplorum X. p. m. 643. (ll) in his diſcourſe of the nature of Spirits, qui annexus H. C. Agrippæ libro IV. de occulta philoſophia p. m. 120. & 121.

& *Florus* (nn) ei per noctem, cum illato lumine ex more ſuo ſecum aliqua cogitaret, atram quandam imaginem ſe obtuliſſe, &, quæ eſſet, interrogatam eidem reſpondiſſe: Tuus ſum cacodæmon. Simile quid Caſſio quoque Parmenſi appaıuiſſe, *Valerius Maximus* (oo) autor eſt. Quam ſæpius malus genius Martino ſeſe videndum exhibuerit, de eo elegantiſſimus ſcriptor *Sulpitius Severus* (pp) conſuli poteſt. De Mario mentionem facit *Peucerus* (qq) quod viſum ipſi fuerit ante mortem, quendam hunc perpetuo verſum auribus occinere ipſius: Δεινοὶ γὰρ κρῖται καὶ ἀποχόμενοι λέοντος. Conſtantinum item imperatorem, magni Conſtantini filium

(mm) operum tomo II. p. m. 711. in vita Bruti. (nn) libr. IV, cap. VII. (oo) Lib. VII. cap, VII. n 7. (pp) in vita Martini. (qq) Comment. de didivinat. gener, tit, de Magia p. m. 175.

filium narraſſe, ſe ſpeciem, quam antea in ſecundis rebus ſæpè lætam, tunc cum ægrotaret, moeſtam vidiſſe & lugenti ſimilem; qua de re eruditi diſputarunt fuiſſe genium ipſius, qui ſolitus fuerit eundem comitari. Et, ne de Dæmonio Socratis multum referam, quod, licet Apiſtius apud *Mirandulam* (rr) ex ſententia *Apuleji* (ſſ) Deum appellet; Phronius contra ex Plutarcho & Maximo Tyrio Dæmonem fuiſſe oſtendit. Addo hiſce unicum adhuc exemplum quod *Alexandro ab Alexandro* obtigiſſe his verbis (tt) ipſe indicat: *Cum Romæ jacerem in lectulo, ſpecies mulieris eleganti forma mihi planè vigilanti obverſata fuit, quam cum inſpicerem diu, cogitabundus & tacitus fui, reputans numquid ego falſa imagine captus,*

(rr) in ſtrige Dialogo II. p. m. 147.
(ſſ) Operum tomo II. de Deo Socratis.

ptus, aliter atque res eſſet, aſpicerem. Cumque meos ſenſus vigere, & figuram illam nuſquam à me dilabi viderem, quænam illa eſſet interrogavi: quæ tum ſubridens, & ea, quæ acceperat verba reſpondens, quaſi me plane derideret, cum diu me fuiſſet intuita, diſceſſit.

§. 16. Ex his vero quæ noſtra quoque ætate viſa ſunt, unum vel alterum adjicio exemplum. Nota eſt hiſtoria de famoſo illo ſpectro quod quatuor ab hinc annis, nobilem fœminam in Saxonia ſuperiori ita permultum temporis tractum infeſtabat, ut, ſive iter faceret, ſive domi degeret, ſemper comitem haberet ſpectrum illud. Lippis etiam & tonſoribus notum, quod de ſpectro Berolinenſi, vulgo **die weiſſe Frau** / refertur, id quod non vagum rumorem eſſe, his verbis teſtatur I.

(tt) Genialium dieram Libro II, cap. IX. p. m. 63. col. 1.

I. Bergius (uu) Nach Mittage fragten endlich Se. Fürſtl. Gn. ob man auch die weiſſe Fraue wieder geſehen; Und zwar / es hatte nicht allein dieſelbe Tage / ſondern auch die gantze Zeit her / in welcher der höchſte Gott das Hauß Brandenburg mit ſo manchen Todes-Fällen heimgeſucht / ein ſolch Geſichte in weiß-leydtragender Geſtalt auff dem Churfürſtl. Hauſe zu unterſchiednen mahlen allerhand Standes und Alters auch Fürſtlichen Perſonen / jedoch ohne ſchädlichen Schrecken / oder jemandes Verletzung ſich ſehen laſſen / alſo daß man nicht mehr daran zu zweiffeln.

§. 17. Huc quoque refero illud, quod Martino Schookio Profeſſori Fran-

(uu) In Sermone funebri Joh. Sigiſmundi March. Brandeb. ut citat hæc verba Becmannus in lineis Doctrinæ moralis cap. VIII. p. m. 202.

Francofurtenſi obtigiſſe refert Cl. *Autor Anonymus* (xx). Qui Spectrorum exiſtentiam negans cum in itinere eſſet, & in diverſorio nullum locum, in quo tuto ſomnum capere poſſet, inveniret, petiit ex hoſpite, ut dormitorium illud, quod ſpectrorum occurſationibus obviũ eſſe audierat, ſibi inhabitandum daret. Annuit ejus voluntati hoſpes. Hic igitur intrepido & bono animo, eo quod nullum crederet Spectrum, cubitum it. Sed ecce, in media nocte accedit ſpectrum in forma militis, Dnum *Schookium* infra lectum detrudens, ejusque locum per horulam occupans; quod cum vere ſibi obtigiſſe diffiteri poſtero die non potuiſſet, ſpectrorum exiſtentiam nunquam poſtea negavit. Addo hiſce Spectrum Sileſienſe vulgo der Rubezahl / quod ipſum non figmentum

(xx) In den Monatlichen Unterredungen menſe Julio p. m. 731, 732.

mentum hominum, ſed verum ſpectrum eſſe, peculiari libro ex variorum doctorum ſcriptis congeſſit & probavit *Adamus à Mediovilla* (yy).

§. 18. Sed nolo pluribus exemplis tractatulum hunc, ne in molem excreſcat, cumulare, impoſſibile enim foret omnia & ſingula, quæ veritatem exiſtentiæ ſpectrorum demonſtrant, huc adjicere. Legat, qui plura deſiderat, *Wenceslaum Sturmium* (zz) *Gaſp. Schottum* (aaa) *Ludovicum Lavaterum* (bbb) *G. Joh. Voſſium* (ccc) *Petr. Thyræum* (ddd)

(yy) in narratione Theologico Hiſtorica de ſpectro Rubezal, quod in mōtanis Bohemiæ, Sileſiæ, & Moraviæ iter facientibus ſæpiuſcule apparet. (zz) prompt. exempl. ad præcept. II. p. m. 250. ſeq. (aaa) de mirabilibus ſpectrorum. (bbb) de ſpectris. (ccc) de orig. & progreſſu Idololatriæ paſſim. (ddd) de ſpirituum apparitionibus.

Google

Jul. Caſ. Scaligerum (eee) *Mart. Del-Rio* (fff) *Auguſtinum* (ggg) *Joh. Wierium* (hhh) *Triſium* (iii) *Joh. Fr. Mirandulam* (lll) *Peucerum* (mmm) *Lipſium* (nnn) *Petr. Leloyerium* (ooo) *Joh. Rivium* (ppp) *Anonymi*

(eee) in Exercitationibus paſſim (fff) Disquiſit. Mag. libro II quæſt XXVII. (ggg) Libro de Spiritu & anima, qui continetur Tomo III. operum ipſius, & quidem cap. XXVI. ſeqq. p. m. 363. ſeqq. An vero hic liber Auguſtini ſit, de eo multi valde dubitant. (hhh) de præſtigiis Dæmonum. (iii) De Dæmooum Deceptionibus. (lll) in Strige, ſive de ludificatione Dæmonum (mmm) Comment. de divinat. generibus paſſim (nnn) Comment. in Lib. XI. Annalium Taciti. It. monitis & exemplis politicis cap. V. monito V. p. m. 192. col. 1. ſeqq. (ooo) Lib. I. de Spectris Cap. VI. IX. (ppp) Libro de ſpectris & ſuperſtitione, quem quidem non vidi, citatum tamen inveni in Lavateri epiſtola dedicatoria.

nymi Hiſtoriam ſpectrorum (qqq) *Henningum Grosſium*(rrr)*Olaum Magnum* (ſſſ) *Nicolaum Remigium* (ttt) *Baronium* (uuu) *Henr. Morum* (xxx) *M. Bernh.* Waldſchmiedt (yyy) *Chr. Matthiæ* (zzz) *Anonymi* Beweiß-

B 2 thum

(qqq) editam Islebiæ 1597. in quarto it. LugduniBatavorum 1656. in 12mo. (rrr) Magic. Lib. I. Sect. 140. 220. 295-299. (ſſſ) de gent. ſeptentrional. per totum Librum III. (ttt) Lib. I. Dæmonolatr. cap. XXVIII. p. m. 169. ſeqq. (uuu) Tomo II. annal. ad annum Chriſti 256. p. m. 495. lit. O. ſeqq. Tomo VII. p. 399. ad annum Chriſti 548. lit. E. Tomo X. p. 832. e. A. C. 982. & 983. & anno 1000. Tom. XI. p. 91. B. 24. c. & alibi paſſim. (xxx) in Antidoto adverſus Atheiſmum. (yyy) in Pythoniſſa Endorea in der dritten Predigt von den Geſpenſtern. p. m. 484. ſeqq. (zzz) in Theatr. Hiſt. de IV. Monarchiis Tit. *Xerxes* Axiom. XI. p. 234. ſeqq. qui etiam plures Autores huc facientes citat.

thum daß Geſpenſter ſeyn (aaaa) *Boyerium* (bbbb) *Bibliothecam Veterum Patrum* (cccc) *Simonem Majolum* (dddd) *Tob. Tandlerum* (eeee) *Nicol. Tailipied* (ffff) *Camerarium* (gggg) *Ben. Aretium* (hhhh) *Sig. Schererzium* (iiii) *Caſp. Erneſt. Brochmandum* (llll) *Joſeph. Glanvil* (mmmm)

(aaaa) impreſſum Hannoveræ 1689. (bbbb) Libro VIII. de ſpectris (cccc) Tom. XX. p. m. 1091. (dddd) Dierum canicularium Tomo II. colloquio I. IV. (eeee) Oratione de ſpectris. (ffff) Traité de *L'* apparitions des Esprits. (gggg) Procemio in librum Plutarchi de defectu oraculorum, & Operum ſubciſivarum centuria I. p. 312. ſeqq. cap. LXX. & cent. II. cap. XIV. p. 53. (hhhh) Problem. Theol. Parte II. Loco. CXLVI. p. m. 608. (iiii) in libello conſolatorio de ſpectris. (llll) in Relig. Chriſtianæ Articulo de Angelis bonis & malis, de ſpectris & obſeſſis.

(mmmm) *Mich. Freudium* (nnnn) *Joſeph. à Munſter* (oooo) *Sam. Meigerium* (pppp) *Alexandrum ab Alexandro* (qqqq) quos que citat *Weinrichius*, (rrrr) *Bodinum & Lamb. Danæum*, & denique *Giſbertum Voetium* (ſſſſ) qui magnum quoque catalogum contexit illorum hiſtoricorum, qui exempla apparitionum ſpectrorum congeſſere. Conferat etiã, qui velit, Autores alios huc facientes, quorum

B 3 hoc

(mmmm) in Saduciſmo Triumphato the ſecond part, ſub titulo: The collection of relations. (nnnn) in den Gewiſſens-Fragen quæſt. XXXVII. (oooo) in ſeinem Chriſtlichen Unterricht von den Geſpenſtern. (pppp) Libro III. de panurgia lamiarum &c. (qqqq) Genial. Dierum Libro IV. cap. XIX. p. m. 211. col. b. ſeqq. (rrrr) in præfat. Tract. Mirandulæ de ludificatione Dæmonum. (ſſſſ) Diſputationum ſelectarum parte I. diſputat. de ſpectris p. m. 999. ſeqq.

hoc in tractatulo incidenter mentionem feci.

§. 19. Adjicerem & hic veterum patrum omnium ſeculorum teſtimonia, ni id jam dudum ante me præſtitiſſet *Lavaterus*. (tttt) Gentilium item & aliorum, ni id præter illum quoq; feciſſet Voetius (uuuu). A tot igitur Clarisſimorum virorum conſenſu me ſat firmè ſpectrorum actualem exiſtentiam probaſſe puto; cum neminem adeo inſipidum fore arbitrer, qui ſolus hic ita ſapere velit, ut omnia hæc teſtimonia falſa eſſe dicat; Sic namq; fidem hiſtoriarum prorſus auferret, id quod ne gentiles quidem fecerunt. Quantam enim fidem communi Doctorum aſſenſui tribuerit Ariſtoteles, oſtendunt *Calixtus*

(tttt) d. l. (uuuu) d. l.

xtus (xxxx) & *Joh. Fr. Mirandula* (yyyy) &, quanti hiſtoriarum fides facienda, *Philoſophia Burgundica* nos docet (zzzz). Unde rectè magna *Lavatero* (aaaaa) dicitur impudentia, omnia illa, quæ â tot fide dignis hiſtoricis, & magnæ autoritatis viris affirmantur, temere rejicere. Et, *ſi illud quod hiſtoriæ ſuppeditant, non admittitur, ſed planè negatur, hiſtoriarum fides intercidit tota, adeoque nihil in monumentis veterum erit comprehenſum, de quo ad minimum non liceat dubitare, quod, quam abſurdum ſit, quilibet, modo calcem in cerebro non habeat, ſua ſponte*

(xxxx) Diſſertatione Theologica de igne purgatorio §. LXXVI. (yyyy) in ſtrige, dialogo III. p. m. 137. (zzzz) Metaphyſic. Tractat. III append. cc p. m. 534. (aaaaa) parte I. de ſpectris in fine.

intelligit, dicit Dnus *Daniel Claſenius* (bbbbb).

§. 20. Sed diſpicienda nobis nunc quoque veniunt argumenta adverſariorum, & fundamenta, quibus ſpectrorum exiſtentiam deſtruere conentur. Primo igitur quidam, ſed frigidè admodum ſpectra negant, eò, quod nunquam viderint. Sed iidem forſan etiam non viderunt hodiernum Regem Galliæ; Ergone verò non exiſtit?

§. 21. Phantaſiæ igitur, & vi imaginatoriæ alii nimium tribuunt, & putant cum *Reginaldo Scoto* (ccccc) & *Thoma Hobbes* (ddddd), quod in iis,

(bbbbb) in præfatione Libri de Oraculis Gentilium. (ccccc) in his diſcovery of Witchcraft Lib. III. cap. IX. X. XI. p. m. 43. ſeqq. (ddddd) in Leviathan, de civitate Chriſtiana cap. XXXIV. p. m. 182. ſeqq.

iis, qui dicunt, ſe videre ſpectra, magna ſit potentia imaginatrix, & humor melancholicus, aut prava corporis diſpoſitio, unde fiat; ut ſpectra ſibi fingant, cum tamen nō ſint? Hanc enim doctiorum quoque gentilium opinionem fuiſſe, referunt *Tomas Campanella* (eeeee) *Plutarchus* (fffff) & *Alexander ab Alexandro* (ggggg), eandemque ſententiam Cardanum foviſſe, qui omnes apparitiones imaginarias eſſe cenſuit, ſcribunt *Martinus DelRio* (hhhhh) & *Fr. El. à Tereſia* (iiiii)

§. 22. Et certe, habet hoc argu-

(eeeee) de ſenſu rerum Lib. III. cap. X. p. m. 232. (fffff) in vita Dionis, (ggggg) Lib. IV. genial. dierum cap. XIX. (hhhhh) Diſquiſit. Mag. Lib. II. quæſt. XXVI. Sect. II. p. m. 229. col. b. (iiiii) Lib. I. Legat. Eccl. Triumph. ad milit. pro liberandis animabus purgatorii cap. XXIII. p. m. 139. col. I. §. 11.

mentum quoque ſpeciem aliquam veritatis. Nam, vim potentiæ imaginatricis magnam eſſe, negari non poteſt. Stupenda adducunt *Joh. Jonſtonus* (lllll). *Sennertus.* (mmmmm). *Henr. Morus*(nnnnn). *Joh. Bapt. von Helmont* (ooooo). *Lev. Lemmius* (ppppp). *Fr. Valleſius* (qqqqq). *Thom Campanella* (rrrrr). *Seb. Wirdig* (ſſſſſ). *Joh. Bapt. Porta*

(lllll) in Thaumatographia naturali claſſe X. cap. VII art. I. (mmmmm) Chymicorum Libro I. cap. XIV. p. m. 394. (nnnnn) in Enthus. Triumph. Sect. XII. p. m. 192. (ooooo) in ortu medicinæ. tit. de injectis materialibus p. m. 367. (ppppp) Lib. IV. de occult. naturæ miraculis cap. VII. p. 601. (qqqqq) in controverſiis medicis & Philiſoph. Lib. IV. cap. VI. p. m. 209. (rrrrr) de ſenſu rerum Libro IV. cap. XIV. p. m. 345. (ſſſſſ) in nova ſpirituum Medicina Lib. I. cap. XXIV. p. m. 109. ſeqq.

ta. (ttttt) *Theat. Sympatheticum* (uuuuu).*Seligmannus* (xxxxx).*Fienus* (yyyyy). *Becmannus* (zzzzz).*Malleus Maleficarum* (aaaaaa) & *Wechtlerus* (bbbbbb). Imo ipſe novi in Academia Roſtochienſi meo tempore ſtudioſum ex Holſatia oriundum, commenſalem tunc temporis in ædibus Plurim. Rev. Dni Doct. Wolfii amiciſſimum, apud quem iſte humor adeo excreverat, ut etiam lecto defixus, & videns ancillam particu-

(ttttt) Mag. natur. Lib. II de animal. commiſt. cap. XIX. p. 88. (uuuuu) in oratione Digbæi p. m. 107 ſeqq. (xxxxx) Diſſert. de viribus imaginationis. (yyyyy) peculiari libro de viribus imaginationis. (zzzzz) Doct. Moral. cap. II. §. 4. (aaaaaa) Tomo I. p. 803. ſeqq. It. Tom. II. tit. Barth. Spinei quæſt. de ſtrigibus cap. VIII. (bbbbbb) in homine oriente & occidente Libro II. Diſputat. XV. diffi. cult. VIII. p. m. 267.

ticulam lardi à toto abſcindere, ingemiſceret; cumque à nobis inviſentibus ipſum & adſtantibus perquireretur cauſa triſtitiæ; reſpondebat, ſe eſſe lardum hoc, & ancillam ſui aliquam partem abſcindere. Imo, imaginabatur ſibi legionem diabolorum lectum perambulantium, cum tamen hoſce diabolos phantaſia melancholici tantum fingeret. Unde potentiam imaginatricem, præſertim in melancholicis, magnam eſſe, lubens concedo.

§. 23. Verum, quoties obtingit, ſpectrum à ſanguineis videri & talibus, de quibus certo nobis conſtat, ſanguinem ipſorum non vitiatum eſſe? Quoties obtingit, ſpectra non ſolo viſu, ſed & tactu comprehendi v. c. quando hominibus colaphos præſentibus aliis infringunt, quale exemplum *Henricus*

Mo-

Morus adducit (cccccc), vel, quando, hominibus aliquid auferunt, quale fuit illud, cujus meminit *Frommannus* (dddddd), quod in certa domo ab infra gradatim aſcendens per clathrum ligneum ſcalæ vicinum, ſuccinctorium virginis arripuit, editoque ab hac clamore mox diſparuit? Quoties obtingit, ſpectra non ab uno ſolo, ſed vel centum, imo pluribus quoque, nec per momentum, ſed multum temporis tractum videri? Refert enim idem *Morus* (eeeeee) Amſtelodami prælium navale in aere apparuiſſe per duas fere horas con-

(cccccc) in his letter to meſter, Joſeph. Glanvil quam invenies in præfatione Libri qui inſcribitur *Saducismus triumphatus* (dddddd) de faſcinat. magica Lib. III. quæſt. VI. cap. VII. p. m. 787. (eeeeee) in Antidoto adverſus Atheiſmum Lib. III. cap. XII. §. 8. p. m. 131.

continuas, multis millibus hominum conſpicientibus, & haud abſimile huic exemplum ex Jonſtono refert *Joh. Sperlingius* (ffffff). An vero hos omnes Melancholicos eſſe dices?

§. 24. Pudebit hic quidem *Vaninum* hos omnes melancholicos aſſerere. Dicet igitur (gggggg): Hoc prælium in ſublimi commiſſum, ejuſdem rationis eſſe cum phantaſmatibus ἑαυτοπτικοῖς, & eſſe reflexionem prælii navalis in mari alicubi commisſi.

§. 25. Quod igitur φαντάσματα ἑαυτοπτικὰ attinet, non nego quidem illa dari. Prout enim, quod ex Phyſicis notũ (iiiiii), Sol ſubmerſus jam ſu-

(ffffff) in Inſtit. Phyſic. Lib. V. p. m. 794. (gggggg) Dialogo LI. de apparitionibus (iiiiii) Videſis Wolf. Senguerdi Philoſoph. nat. parte I. cap. VII. p. m. 55.

ſupra horizontem · etiam videtur apparere , quatenus ſcilicet radii à ſole procedentes incidunt in vapores,qui athmoſphæram obſident, â quibus,veluti â ſpeculo , verſus oculum reflexi,ſolis ſpeciem exhibent, ut ſic putemus ſolem videre , cum tamen nihil præter imaginem ejus videamus. Quod problema nummo aureo fundo vaſis impoſito , aquâ ſuperinfuſa , communiter demonſtrare ſolemus. Ita etiam cum *Joh.Pena* (llllll) fateor, quod ob reflexionem radiorum, quæ ab aere aqua denſo,caligine, & vaporeroſcido fit, noɛte intempeſta,in craſſo & tenebricoſo aere, imago noſtra reflecti ita poſſit, ut putemus Spectrum videre, præſertim, ſi oculorum acies retuſior facta ſit , quale exemplum adducit Dn.Doct. *Danhaue*

(lllll) de uſu optices præfat. ad principem Carolum Lotharing.

hauerus (mmmmmm) de Vitellione. Is ſocium aliquem habuit ſtudioſum & pervigilem, qui, cum noctes aliquot ſine ſomno pertuliſſet, atque imbecillior factus, noctu peregre proficiſceretur, per fluminis crepidinem obequitans, ubi aer denſior & caliginoſior eſſet, alterum equitem vidit ſibi præeuntem, atq; omnia penitus facientem, quæ ipſe faceret. Hoc miraculo attonitus, cum tandem ad Vitellionem rediiſſet, & oſtentum narraſſet, ab eo intellexit, ſe ſibi terrori fuiſſe, nec quidquam aliud vidiſſe, quam ſui ipſius ſimulacrum, ab aere denſo & roſcido reflexum. Curioſè ſat talia ſpectra arte quoque fabricata deſcribunt *Joh. Bapſt. Porta* (nnnnnn)

(mmmmmm) in Idea boni interpretis & malitioſi calumniatoris p. m. 35. & in Theol. conſcientiar. parte II. Dialogo VII. p. m. 451. 452.

(nnnnnn), & *Weckerus* (oooooo), & eadem ſpecula aerea adornare, nos quoq; docuit quinque abhinc annis, in Matheſeos ſtudio Præceptor nunquam ſine honore nominandus, Dn. Doct. *Sam. Reyherus* (pppppp), quæ eadem problemata publici quoque juris fecit, in ſua *Matheſi Moſaica* (qqqqqq) & *Differt. de Aere* (rrrrrr).

§. 26. Verum, quæ cauſa, quod ſæpius ſpectra conſpiciantur ab iis, qui acutiſſimo viſu præditi ſunt? Qui fit, ut appareant eo tempore, quo omnis craſſior aer à ſole abſumptus eſt? Qui fit, ut ſpectra ſæpius appareant in forma bruti animalis,

(nnnnn) in Mag. naturali Lib. XVII. de catoptrica p. m. 371. ſeqq. (oooooo) Lib. XVII. de ſecretis p. m. 658. (pppppp) in collegio Pammathematico MSS. (qqqqqq) p. m. 144. (rrrrrr cap. XXIII.

malis,cum tamen is, à quo videntur, ſit homo? Si enim hic à reflexione radiorum hæc imago orire-tur,non ſpeciem bruti, ſed hominis referret, cum ex deſcriptione doctisſimorum virorum (ſſſſſſ) *Imago ſit quædam ſimilitudo alterius cujus imago dicitur, & quidem expreſſa, ſive deducta, ſecundum aliquod ei proprium, & cum aliis non commune.* Deinde, quod ad prælium navale in aere viſum attinet, ponamus cum *Vanino*, illud fuiſſe reflexionem cujusdam prælii navalis in mari. Cum igitur eo tempore, quo viſum fuit, tanto intervallo realis illa clades ab illis hominibus abfuit, ut fama prælii commiſſi ne quidem ad aures ipſorum pervenire potuerit, quomodo quæſo illius prælii navalis refle-

(ſſſſſſ) vid. Magnif. Dnus Doct. Kortholt diſſert. de dubiis philoſoph. Dubio V. de imagine.

reflexionem oculis excipere potuerunt? Nam, præterquam quod ipſa reflexio imagines rerum multo obſcuriores reddat quam viſio directa; Diſtantiam illam â prælio navali ad nubes, & â nubibus rurſus ad oculos adſpicientium, adeo ſupra modum ſpeciem ipſis imminuiſſe neceſſe ſit, ut prorſus reddita fuiſſet inviſibilis. Rem ad oculum demonſtrabo. Committatur v. c. prælium navale in c. ejus reflexio obſcurior conſtituatur in d. aere ſcilicet, oculus intuentis vero in a. Potentia viſiva in linea recta ſeſe extendat ab a. ad b. quod ponamus 5. milliaria eſſe. Jam, ſi potentia viſiva ſe in linea recta non a. ad c. ſed ſed tantum, ut dixi, ab a. ad b. extendat, quomodo quæſo oculus in a. conſtitutus, reflexionem obſcuriorem in d. excipere poterit, cum ne quidem verum objectum quod clarius

rius eſt,& à quo hæc reflexio oritur, videre poſſit?



§. 27. Alii igitur Spectrorum exiſtentiam negant eò, quod dentur Φαντάσματα τὰ μὴ ὄντα, quia ſæpius falſa ſpectra pro veris venditentur; qualia ſint: *Vel* illa, quæ licet natu-

ralia

ralia ſint, hominum tamen arte intendantur, ut pro veris Spectris haberi debeant, v. c. quando cancrorum vel teſtudinum dorſis noctu candelulæ affiguntur, ut reptantes Spectrorum ſpeciem præ ſe ferant, quale exemplum refert *Erasmus* (tttttt), aut, ſi quis exemplo Tyranni ſe Saturnum mentitur (uuuuuu), aut, quod Mundus fecit (xxxxxx). Anubim DEUM, aut per tubum Angelorum voces fingit; qualia ſpectra varia adducunt *Joh. Wolfius* (yyyyyy) *Joh Stumpfius* (zzzzzz) *Sleidanus* (aaaaaaa), *Weckerus* (bbbbbbb)

(tttttt) Lib. XXII. Ep. ad Joh. Epiſcopum. (uuuuuu) Ruffinus Lib. II. Hiſt. Eccleſ. cap. XXV. (xxxxxx) Joſephus Antiquit. Lib. XVIII. cap. VII. (yyyyyy) Lect Memor. Tom. II. cent. XVI. p. m. 146. (zzzzzz) Lib. XIII. Hiſt. Helvet. (aaaaaaa) Hiſt. Lib. IX. p. m. 202.

(bbbbbbb), & *Zeilerus*(ccccccc). *Vel* illa, quæ mere naturalia ſunt, *partimque* ita, ut nec natura, nec ars aliquid tribuat, quo aliquam ſimilitudinem cum Spectris habere poſſint, v. c. quando noctu linteamenta pro ſpectris habemus, *partim* etiam illa, quæ, licet merè naturalia ſint, ita, ut nec ars quoque humana aliquid eo tribuat, quo aliquam convenientiam cum phantaſmatibus habeant, natura tamen ipſa hoc intendere videtur, ut pro ſpectris habeantur; qualia ſunt: Inſulæ natantes, de quibus conſulendus *Plinius* (ddddddd); & illa, quæ diximus, φαντάσματα ἑαυτόπτικα. Hiſce ſimilibusve exemplis quidam ſpectrorum exiſtentiam deſtruere conan-

(bbbbbbb) Lib. XVII. de ſecretis p. m. 655 (ccccccc) Cent. II Epiſt. XCII. p. m 530. 531. (ddddddd) Lib. II. nat. Hiſt. cap. XCV.

nantur. Verum, an ideo, quia multa falſa ſpectra deteguntur, dicemus, omnia falſa eſſe? non arbitror quiſquam, qui recta pollet ratione, ita judicabit. Nihil igitur hoc argumentum aliud evincit, quam, non omne id, quod pro ſpectro habetur, illud ipſum eſſe, quod ipſum quoq;, tanquam veriſſimum, lubens concedo.

§. 28. Cordatiores ſunt ergo ex hodiernis Reformatis illi, qui non in totum ſpectrorum exiſtentiam negant, ſed tantum raro illa videri aſſerunt. Et, ſi omnium hæc mens eſſet, omnino Atheiſmus non adeo excreſceret, quam proh dolor! nunc fieri docet *Marinus Merſennus* (eeeeeee) Nam, & hoc ipſum nos quoque credimus cum Peucero (ffffff)

(eeeeeee) in digreſſionibus prior. capp. Geneſ.

(ffffff) ſpectra non tanta copia nunc, poſtquam Evangelii doctrina magis magisque illuxit, quam eo tempore, quo omnia in tenebris Papatus latebant, apparere.

CAP. II.
Spectrorum Eſſentiam delineat.

Conſpectus.

§. 1. Rei difficultas. §. 2. Ordinis ratio. §. 3. Spectra non ſunt ſubſtantiæ corporeæ ut homines. § 4. Objectio *Joh. Bodini*. §. 5. 6. Reſponſio ad illam. §. 7. Spectra non ſunt meteora. §. 8. Remigii opinio §. 9. examinatur. §. 10. Aliorum rejicitur. §. 11. Tertia opinio medium tenens approbatur. . § 12. Draco volans quid? §. 13. An ſpectra ſimulacra aerea? § 14. ſtatus controverſiæ §. 15. *Marci Marci* hac de re opinio §. 16 & *Joh. Bapt. von Helmont* § 17. 18.

(ffffff) Comment. de Divinat. Generibus p. m. 153. a.

§. 17. 18. examinatur. §. 19. An ſpectra animæ demortuorum ? §. 20. Hujus ſententiæ propugnatores §. 21. *Martini DelRio* fundamenta §. 22. 23 24. examinantur. §. 25. An ſpectra genii intermedii inter Angelos & homines ? §. 26. rejicitur §. 27. ſpectra ſunt Spiritus Angelici.

§. I.

SI quid difficile, ſi quæ res laboris eſt, ſanè hæc erit, qua Eſſentiam ſpectrorum depingere conor. Nam, cum juxta effatum Philoſophorum : *Eſſentiæ rerum nos lateant*, nec quiſquam ullius in rerum natura ſubſtantiæ perfectam cognitionem habere ſe, gloriari poſſit, ut inquit *Iſendornius* (a), non difficile ſolum judico, id ipſum præſtare,

 ſed

(a) Effat. Philoſoph. Cent. I. cap. III. §. 47.

ſed in ipſo quoque limine, ſi forſan hic rem non adeo acu tetigero, veniam à Ben. Lect. peto.

§. 2. Qua ſpe fretus, jam in id ero, ut qua fieri poterit brevitate & perſpicuitate, primo per ἄρσιν oſtendam, *quid ſpectra non ſint*, deinde vero, per θέσιν etiam, quid ſint, examinem.

§. 3. Ubi primo, ſpectra ratione eſſentiæ ſuæ non eſſe ſubſtantias corporeas, dico. Non negari quidem poteſt, ſpectra, qua talia, ſemper corporibus unita eſſe, corpora quoquè illa, in quibus apparent, non ſemper phantaſtica eſſe, ſed habere interdum omnes debitas affectiones, utpote trinam illam quantitatis dimenſionem, unde quoque ſpectrorum apparitiones multos in hunc induxere errorem, Angelos & ſpiritus in ſua eſſentia corporeos eſſe; Hinc enim Trax apud *Pſel-*

lum

lum (b) *Dæmones incorporeos non eſſe*, dicit, *ſed corporeos, & circa corpora verſari*, & paucis interjectis: *Intemeratis Angelis corpora ineſſe* contendit, & : *conſentaneum eſſe, Dæmoniaca corpora, quam libet præ tenuitate viſum ſubterfugiant, materia tamen non nihil habere, patibiliaque quodammodo eſſe, eaque cumprimis, quæ ſubterraneos ſpecus ſubeunt.*

§. 4. *Joh. Bodinus* quoque, ex eo quod finiti ſint Dæmones, locum ipſis quo concludantur, & corpora quoque, quibus incluſi ſint, longo diſcurſu probare annititur (c); quod idem etiam *Hieronymus*

C 2

(b) Libro περὶ ἐνεργείας Δαιμόνων edition. quæ cura Excell. Domini Haſenmulleri prodiit p. 44 ſeqq (c) in Colloquio ſuo Heptaplomeres MSS, p. m, 44. ſeqq. (d) vid. cap. I. §. 14.

mus Cardanus (d), & multi alii, qui Angelis corpora tribuũt, faciunt, de qua opinione legat, qui velit, *Aug. Steuchum Eugubinum* (e) Hier. *Zanchium* (f) *Apulejum* (g) *Plotinum* (h) *Auguſtinum* (i) *Niphum* (l) *Pict. Villinganum* (m) *Georg. Meierum* (n), quique magno numero hujus ſententiæ ſectatores citant *Vasquezium* (o) & *Raynaudum* (p).

§. 5.

(e) paſſim Lib. VIII. de perenni Philoſophia. (f) Tom. III. operum Theolog. de operibus DEI intra Hexameron lib. II. cap. III. p. m. 66, 67. (g) in Aureo Aſino (c) in libro de anima & Dæm. (i) libro de Spiritu & anima. (l) De Dæmonibus lib. III. cap. III. (m) in his diſcourſe of the nature of ſpirits p. m. 127. annexus eſt H. C. Agrippæ lib. IV. de occulta Philoſophia. (n) in Pneumatica p. m. 652. problemate VI. (o) Tomo II. parte I. diſput. CLXXVIII. cap. II. p. m. 411. (p) Tomo V. p. m. 54. diſt. 2. quæſt. 2. art. 2.

§. 5. Verum, ex eo, quod ſpectra in corporibus apparent, nos nullo modo concludimus, eadem ipſis eſſentialia eſſe. Nam, ut benè notant *Mich. Freudius* (q) *Manlius* (r) *Schottus* (ſ) *Mart. DelRio* (t) *Antonius LeGrand* (u) *Sprengerus* (x) & alii, poteſt Diabolus nunquam apparere, niſi inaſſumto corpore, quod *vel* ex aere, particulis terreſtribus inſpiſſato, conflat, quod ipſum quoque pro lubitu diſſolvere poteſt; *Vel* eſt cadaver, quod ante aſſumptionem ſuam jam habet extenſionem debitam, in quo, dum ingreſſus illud ipſum eſt, actiones quaſi vitales edit. Memorabile

C 3 de

(q) in den Gewiſſens Fragen / quæſt. XXXI. (r) lib. I. (ſ) Phyſ. curioſ. libr. II. cap. XXXII. §. 2. (t) Disquiſit. Mag. Lib. II. quæſt. XXVIII. ſect. I. p. m. 300. (u) in Inſtit. Philoſoph. p. m. 151 §. 3. (x) Mallei maleſic, parte II. cap. IV.

de tali illuſione Satanica adducit exemplum *Peucerus* (y) *Audivimus*, inquit, *Bononiæ fuiſſe citharistriam virginem, caram multis propter artem, quam vita functam Magus quidam alligato ad alas faſcino ad eum modum, Diabolo colludente, adornarat, ut cœtus hominum, congreſſus publicos & convivia frequentaret, caneret fidibus conſueto more, nec à vivis differre videretur, etſi palleret plus nimio. Incidit in hanc fortè alius quiſpiam Magus, & animadverſa (Diaboli monitu) impoſtura, cadaver, inquit, eſt iſta, faſcinumq; ſuſtulit. Eo amoto, ſtatim ipſa ad terram collapſa jacuit exanimis.* Sed pluribus de his agam cap. quinto, ubi deducam, unionem illam, qua ſpectra corporibus uniuntur, non hypoſtaticam eſſe, & per ſe, ut inde

(y) Comment. de divinat. Genecibus p. m. 9. a.

de ſpectrum corporeum dici poſſit, ſed ſaltim paraſtaticam & accidentalem; præprimis vero legi quoque hic meretur *Dionyſius Petavius*, qui erudite, Angelos quoad eſſentiam incorporeos eſſe diſſerit (z).

§. 6. Quod vero argumentum Bodini attinet, quo â ſpirituum finitudine illorum corporeitatem, ut ſic barbare loqui liceat, probare adeo anxiè annititur, illud valde lubricum eſt. Quis enim ignorat, Spiritus finitos dici, non â quantitate (quæ propria corporis affectio eſt), ſed â determinatione Eſſentiæ?

§. 7. Sed dubium porro oritur. Quæritur enim, cum ſpectra teſte experientia in locis derelictis & propè maria degant: Anne forſan ſint *meteora*, quæ ſolis principiis naturalibus oriuntur?

(z) Theol. dogmat. Tom. III. libr. I. cap. 2. p. 5. & lib. 3. cap. 1. p. 157.

lum genium eſſe inſitum, dicto Remigio, & multis aliis, præſertim vulgo, videtur.

§. 9. Sed longe aliud ſentiunt Phyſices cultores. Hi enim originem ignis fatui examinantes, norunt, (bb) ſæpius exhalationes ab aëre frigido & nimis condenſato propè nos detineri: Poſtea, per vehementem quarundam exhalationum invicem ſuccedentium compulſionem, calefieri & inflammari: diverſos quoque colores & figuras recipere, prout vapor craſſior & ſubtilior fuerit, & prout diverſimodè fuerit configuratus, rubram apparere vel nigram flammam in materia craſſiore, candidiorem & clariorem in ſubtiliori, & cæteram fi-

(bb) Vide ſis, ſi placet, Wolferdum Senguerdum in Philoſoph. nat. parte III. p. m. 198. & Sperlingium in inſtitutione Phyſicæ lib. V. præcepto III. p. 796.

guræ varietatem ex lucis reflexione repræſentare. Quod autem ignes hi ut plurimum videantur *circa ſepulchra & patibula*, mirum non eſt. Nam, cum ex cadaverum corporibus, eò quod putreſcant, multæ viſcoſæ exeant exhalationes, quæ nocturni aeris ἀντιπεριστάσει accenduntur, fit, ut ſæpius in locis hiſce cadaveribus repletis, quam alibi videantur. Nec ex eo, *quod præcedant aut ſubſequantur hominem*, proſpectris haberi debent. Nam, dum homo progreſſu citeriore aerem præ ſe ferit & premit, fit, ut ignis ille, cum non habeat vim reſiſtendi aeri, ab ipſo pellatur, ut, quouſque homo inſequi velit, aufugere videatur; cum autem homo abit, eò quod aerem â priori parte pellit, & â poſteriori, ob fugam vacui, quaſi poſt ſe trahit, accidit, ut ille ignis homini â tergo ſtans, etiam ab aere trahatur, ut ſic ſubſequi hominem

ne videatur. Nec etiam ex eò, *quod hominem à via aberrare faciat, & ſæpius in maxima pericula, præſertim aquæ detrudat*, pro ſpectro eſt habendus; Novimus namque & hoc naturaliter evenire poſſe. Cum enim ignis hic natura ſua volvatur verſus loca paludoſa (ſequitur enim pabulum ſuum), fieri facile poteſt, ut homo, noctu illum videns, pro candela habeat, & opinetur domum adeſſe in qua pernoctare poſſit, unde recta linea incedens, ignem illum aufugientem ſemper inſequitur, donec tandem ſe malo aquæ det, & ſubmerſionis periculum ſubeat. Male igitur talia meteora pro Spectris habentur.

§. 10. Sunt & ſecundo quidam, qui naturæ nimis tribuunt, &, ſi quæ videntur Spectra, pro meteoris illa habent, aut ex principiis naturalibus oriri volunt. In hac opinione neceſſe ſit illos eſſe, qui exiſtentiam ſpe-

ſpectrorum negant. Nam, ſi quæ videntur, ad naturalia illa referre, ut hypotheſi ſuæ ſerviant, opus habent. Invehitur autem in illos non immerito *Lavaterus* (cc), quando tales *ineptè* facere dicit, qui omnia ad cauſas naturales referre conantur.

§. 11. Tertia vero opinio medium tenet, nec nimium tribuens naturæ, nec minimum, ſed dicit cum *Lavatero* de noctu lucentiis (dd): *Hæc & alia, licet naturales ſuas cauſas habeant: Non tamen negavero, quin Dæmones quoque hominibus hoc modo ſæpè illudant.* Ex eodem fere ore cum illo loqvuntur *Peucerus & Joh. Ern. Pfuel*, quorum alter (ee) *Dæmones ſæpè varia* φάσματα *& prodigia meteoris ſimilia in aere effingere* dicit.

(cc) Parte I. de Spectris p.m. 65. (dd) c. p. 63. (ee) Comment. de Divi. t. gener. p.m. 25. a.

cit. Alter (ff): *Diabolus ignis erraticis quandoque ſe jungit, vocem addendo & decipiendo.*

Frommondus quoque, malos genios hunc ignem aliquando ad hominum perniciem dirigere, exemplo affinis ſui his verbis probat (gg): *Certum & expertum eſt, malos genios in perniciem mortalium aliquando hunc ignem dirigere. Oſtendo id manifeſto exemplo cujusdam affinis mei, qui mihi ſæpe denarravit. Redibat is nocte oppido Viſeto Haccuriam natalem meum locum, æquali inter Leodium & Moſæ trajectum diſtantia. Et ecce, medio campo circumvolant eum ſubito tres quaterve fatuæ iſtæ faces. Perterritus, abjicit ſe illico in terram, permanent tamen illæ*

(ff) in ἀγγελολογίᾳ cap. IV. de operationibus Angelorum, vide ſis & Camerarium oper. ſubciſiv. cent. III. cap. XVI. p. m. 55. (gg) Lib. II. Meteorol. Cap. I. art. 1. p. 37.

illæ, & uno aut altero paſſu ab illo diſtantes, fixæ & immobiles circumlucent. Cum diutius terræ inhæreret, & invocaret DEI opem, abſiliunt inde, dimidio amplius milliari. Exſurgit tum quaſi liber, videtque transvolaſſe Moſam, ſed ecce, vix duos aut tres paſſus confecerat, revolant derepentè, & cingunt ut prius, ibi ipſe majori terrore in terram recidere cœpit, & pertinaci procubitu tam diu fatigare; donec rurſum ſine reditu diffugerent. Conferat cum hiſce, qui velit, ea quæ hanc in rem quoque proferunt: *Schererzius* (hh) & *Garcæus* (ii).

§. 12. Ex dictis igitur patet, quid etiam habendum ſit de dracone volante, qui non nunquam tectis incubat, qualem me etiam aliquot ab hinc

(hh) in libello conſolatorio de ſpectris parte I. cap. I. (ii) in Meteorologia Cap. V. p. m. 9. col. b. & cap. IX. fol. 53.

hinc annis hic Hamburgi cum aliis vidiſſe memini. Nempe, Phyſicus interdum illum inter naturalia refert, & novit, quod exhalatio viſcoſa, pinguis, & oleoſa, de qua in antecedentibus egi, partes habeat diſſimiles, quarum mediæ denſiores, extremæ ſubtiliores ſunt, ut ſic draconis formam præ ſe ferant; Interim tamen ſub hiſce meteoris interdum diabolum latere, lubenter concedit; Imprimis, ſi illud verum eſt, de quo non nunquam agricolæ conqueruntur, quod talem ignitum draconem frumentum devorantem animadvertant, aut, quod *Joh. Garcæus* ſcribit, quod *viſi fuerint magna copia & forma perquam monſtroſa*, cujus verba ſunt (ll): *Anno 1532. in multis regionibus dracones volantes in aere gradatim viſos*

(ll) in doctrina de Meteorologia cap. XVIII. p. m. 67. col. 1.

viſos fuiſſe, coronis tectos, roſtris ſuillis, interdum numero 400. volaſſe. Hos enim & ſimiles pro ſpectris habendos eſſe, vix quiſquam negabit. Nam, naturalem draconem, qui generatur, & ſic per alimentum extrinſecus aſſumptum nutritur, in aliis regionibus, præſertim Aſiæ partibus dari, etſi non negem, cum hujus rei teſtes habeamus fide dignos: *Cardanum* (mm) *Kircherum* (nn) *Math. Merianum* (oo) *J. Breunningium* (pp) *& Hieron. Benzo* (qq) quibuscum etiam faciunt *J. Cæſ. Scaliger* (rr) *Joh. Euſ. Nirenbergius* (ſſ) *&*

(mm) Lib. VII. de rer. variet. cap. XXIX. p. m. 302. ſeqq. (nn) Lib. VIII. mundi ſubterran. Sect. IV. cap. 2. (oo) in Hiſtor. Antipod. p. II. fol. 211. (pp) in ſeiner Orientaliſchen Reiſe anderer Meerfahrt cap. XXVI. (qq) in novi orbis Hiſt. & Migrat. (rr) Exercit. CLXXXIII. p. m. 601 ſeqq. (ſſ) Lib. XII. Hiſt. nat. cap. XXXVI. fol. 282.

& *Franzius* (tt); in noſtris tamen oris illum dari, nondum ſat probatum eſt. Nec ignitum meteoron eſſe poteſt. Sic enim non viſitaret granaria, cellaria, penaria, atque ex illis clam raperet quæ velit, quæ actiones profecto ſunt ſubſtantiæ, ſi non ſemper intelligentis, ad minimum tamen ſentientis. Spiritus igitur erit, nec is bonus, ſic enim furtum non committeret; ſed malus, ſive Diabolus, in forma draconis ſeſe tunc ſpectandum ſiſtens. Sic & in cæteris meteoris res ſeſe habet; dependent illa quidem à cauſis naturalibus, interdum tamen, ut *Schererzius* inquit (uu), Diabolus hiſce ſe ingerit, & homines quoque ludit.

§. 13. Tertio quæritur: Anne ſpe-

(tt) Part. IV. Hiſt Animal. cap. V. (uu) in Libello conſolatorio de ſpectris cap. VIII.

ſpectra ſint ſimulacra aerea realem quidem exiſtentiam habentia, attamen ex ſola ſpecie imaginativa orta?

§. 14. Videtur hæc quæſtio eadem eſſe cum illa Cardani quam capite primo (xx) adduxi, ubi ſpectra ex ſola imaginatione non oriri, oſtendi. Verum, haud parum præſens ab iſta differt; cum illa ſpectra entia rationis faciat, hæc vero, præter ideam de ſpectris formatam, realem inſuper eſſentiam & exiſtentiam eis ſuperaddat.

§. 15. Habuit autem hæc ſententia ſuos quoque propugnatores. Nam, ut Excellentiſſ. Dnus *Doct. Morhofius* (yy) refert, *Marcus Marci* prolixè diſputat, eſſe aliquam unionem objectorum & animarum in corpore exiſtentium etiam præter

(xx) §. 21. (yy) differt. de paradoxis ſenſuum.

ter ſenſus. Fingit enim aliquod choas aereum & mentale, illud, ideis ſeminalibus, hoc, cujus ſubjectum cerebrum eſt, ſpeciebus imaginativis plenum: Utriusque eſſe occultam aliquam ſympathiam, unde contingat ſæpe, ut ſpecies imaginativæ, quæ chao mentali obverſantur, aerem in eadem ſimulacra convertant, præprimis, ſi fortè tales ideæ ſeminales in chao aereo vagentur. Quare in poteſtate hominis melancholici eſſe exiſtimat, ſpectra ſibi in aere efformare.

§. 16. Nec multum quoque ab hac opinione recedere videtur Illuſtris ille *Joh. Bapt. Von Helmont* (zz) qui tantâvim potentiæ imaginatricis in homine eſſe dicit, ut etiam aliquid reale extra ſeſe producere valeat, quod ipſum, â vi imaginativa

(zz) in ortu medicin. tit. de injectis materialibus.

tiva productum, in quantum ſcilicet cum Archeo ligatum eſt, *fatuam umbram* conſtituere dicit, quæ obambulare poſſit, & propriam ſubſiſtentiam habeat; hancque ſuam opinionem autor inſtantia quadam oſtendere & demonſtrare conatur, dum dicit (aaa): Quod *ideæ humanitus factæ etiam extra corpus imaginantis egrediantur, quia concepta imago â prægnante, etiam ultima die geſtationis migret in fœtum, cum tamen extra controverſiam ſit, fœtum hunc jam propria potiri vita, & quadra vivere propria.*

§. 17. Verum, ſi autor hic vim imaginativam in homine tantam eſſe vult, ut *per ſe* realem aliquem effectum vel *in* vel *extra* corpus imaginantis producere poſſit, merito de hujus ſententiæ veritate dubito.

(aaa) tit. de ideis morboſis.

bito. Qui enim fit, ut illi, qui de morbo aliquo cogitant intenſius, iſto non ſtatim corripiantur ocyus? Qui fit, ut is, quem hodiè vexare incipit morbus, cras aut perendie, non convaleſcat, cum tamen omni hora, omni momento ægrotans de ſanitate, ceu ſummo bono cogitet? *Per ſe* igitur Phantaſia & vis imaginativa nullum effectum producit, ſed *per accidens & indirecte* proprium mutat corpus, quatenus ſcilicet facultatem cognoſcentem ſequitur appetens, appetentem, loco movens, locomoventem mutationes mirandæ. Mutat quoque per accidens Phantaſia & vis imaginativa alienum corpus v. c. quando (quæ eadem inſtantia Helmontii eſt) gravida mora ſubito ſpectat, & verrucas moris ſimiles fœtui imprimit, quale exemplum præſens hic Hambur-

gi

gi habemus. Hunc vero effectum Phantaſia peculiari edit ratione. Excitat quidem Phantaſia appetitum, ut velit, & appetitus ſtimulat locomotivam, quæ moveat ſpiritus & humores, pro quorum acceſſu & receſſu turbantur partes; tamen hoc ipſo humorum ac ſpirituum infuſo incurſu, certæ illæ notæ, certam habentes quantitatem, certam figuram, certum colorem, certumque ſitum, formari neutiquam poſſunt. Sic, cum gravida de moris cogitavit, quomodo confuſus ille humor, ac ſpirituum motus, mororum potius, quam aliarum rerum pingit figuras? Hic ad facultatem formatricem ſecundum regulam & ideam quandam operantem, recurrendum eſt. Quicquid in toto fœtus opere perficitur, illud facultati formatrici adſcribendum eſt. Nihil format phantaſia;

taſia; nihil appetitus; nihil locomotiva; nihil ſpiritus aut humores; ſola formatrix format omnia. Hæc, cum â phantaſia ſeducitur ac turbatur, membra format tortuoſa, milleque modis depravata.

§. 18. Habemus igitur jam proceſſum, quomodo Phantaſia alienum, in peripheria proprii corporis contentum, mutare poſſit. Verum, hinc ſequi: Potentiam imaginativam realem quoquè effectum *extra corpus* hominis imaginantis v. c. in aere producere, nullo modo probatur. Cum enim phantasma aereum nec ſanguinem, nec ſpiritum ab imaginante recipiat, quibus mediantibus facultas formatrix â phantaſia ſeducta in aliud ab imaginante diſtinctum operari poſſit; vehiculum, ſive modum & medium *Helmontius* oſtendat,

qui-

quibus idea cum Archeo ligari poſſit, Idem quoque hoc *Marco Marci* probandum incumbit, ut ſcilicet oſtendat, quomodo chaos aereum cũ mentali conjungi poſſit, per hoc enim, quod ad occultam ſympathiam confugit, rem non explicat, ſed obſcuriorem potius reddit. Poſito etiam, ſed non conceſſo, phantaſiam per ſe chaos aereum mutare poſſe in ſimulacrum viſibile, nec vero ſic ſoli melancholici, ſed vel omnes homines ſpectra conſpicerent, imo, quam maximè illi, qui illorum exiſtentiam negant, cum illis præ reliquis ſpectra objectivè in intellectu ſint, dum ſecum diſputant, quærunt, examinant, an illa ſint? quod utique abſque prævia idea fieri non poteſt. Jam vero inter meditandum talia, chaos illud aereum & mentale ſpectrum non producit, quia, ſi produceret, non

non amplius illorum exiſtentiam negarent. Ergo tale chaos aereum fictitium eſſe, merito dicimus.

§. 19. Quæritur porro: Annon ſpectra ſint animæ demortuorum? Ita videtur ſenſiſſe *Plato*: *Animas præſtantium virorum, (qui vel Philoſophiam excoluiſſent, vel ſeriis virtutum ſtudiis atque exercitiis vitam traduxiſſent, & ſubiiſſent pericula, ſuſtinuiſſentque certamina defenſione Juſtitiæ & pro rebus publicis) Illorum*, inquit, *animas laxatas atque explicatas corporum vinculis recta ſubvehi in cælũ, doctrina & recte factis, velut alis: Reliquorũ, qui turpitudini dediti fuiſſent, ac luxuriæ, omninoque vitam à virtute alienam egiſſent, ſeque multis variorum vitiorum ſordibus aggravaſſent, onere ſordium, etiam cum enitantur ſurſum, reprimi, terraque affigi, & vagari circa ſepulchra, ſuaſque deplorare miſerias*

 tan-

tantiſper, donec & meritas luant pœnas, & contractas expient atque expurgent ſordes. Has apparere quandoque ac conſpici, nonnunquam gemitus atq; ejulatus earundem exaudiri. Quod ex Platone ita refert *Peucerus* (bbb).

§. 20. Nec ſolus *Plato* hæc docuit, ſed & *Porphyrius* (ccc), eandemque opinionem *Peltano* fuiſſe, meminit Botſaccus (ddd) & *Becano, Joh. Ern.* Pfittel (eee), idemque de gentilibus referunt *Concil. General. Tomus primus* (fff), *Valerius Maximus* (ggg)

(bbb) Comment. de div. gen. tit. de magia p.m.178. conf. & madaurenſem de Deo Socratis, & DelRio Diſquiſit. Mag. Lib. II. q. XXVI. §. 1. (ccc) Lib. de abſtinent. animal. (ddd) Prompt. Moral. ad vocem animæ p. m. 45. col. I. §. 142. (eee) in ἀγγελολογία. (fff) p. 1217. e. ſeqq. Tit. Ferd. Mendozæ ad Clem. VII. Libri III. de confirmando Concilio Illibertino.

(ggg) & *Fort. Licetus* (hhh). Sic *Cicero* quoque (iii), *eorum animi* inquit, *qui ſe corporis voluptatibus dediderunt, earumque ſe quaſi miniſtros præbuerunt; impulſu libidinum, voluptatibus obedientium Deorum, & hominum jura violaverunt, corporibus elapſi, circa terram ipſam volutantur.* De Judæis idem referunt *Joh. Hoffmeiſterus* (lll) & *Joh. Lightfootus* (mmm). Quæ vero Pontificiorum hic opinio ſit, nemo non, qui Theologiam ipſorum examinat, novit. Legat hic, qui velit, ex Noſtratibus *Chemnitium* (nnn)

(ggg) Lib. I. cap. VIII. de miraculis. (hhh) Lib. III. de reconditis antiquorum lucernis p. m. 186. 187. col. 1. & 2. (iii) in ſomnio Scipionis p. m. 287. in fine. (lll) in cap. XVI Lucæ (mmm) in his Hebrew and Talmudical Exercit. upon the Evang. Luck. Vol. II. p. 483. & 1283. (nnn) parte III. Exam. Conc. Trident. p. m. 100. ſeqq.

ex Jeſuitis *Lorinum* (ooo) *& Bellarminum* (ppp) &, qui aliquot exempla de apparitionibus animarum collegere, *Petrum Thyraeum* (qqq) *Bibl. Max. Veterum Patrum* (rrr) *& Fr. El. à Tereſia* (ſſſ).

§. 21. Jeſuita *Martinus DelRio* (ttt) quoque cauſam illorum agit, non quidem ſemper animas demortuorum circumvagari aſſerens, interim tamen concedens & probans, quod apparere illæ ſoleant & debeant. Fundamenta ipſius palmaria deſumpta ſunt, à potentia DEI, quæ permittere & efficere poteſt

(ooo) in cap. XVI. ſapient. p. 581. ſeqq. (ppp) Lib. II. de Purgatorio cap. VIII. (qqq) parte I. de Locis infeſtis cap. III. p. 16. 17. 18. (rrr) Tomo XVIII. f. ſupplemento Tit. Euſtratii refutat. (ſſſ) Lib. I. legat. Eccleſ. Triumph. ad milit. p. 3. ſeqq. & p. 138. (ttt) Lib. II. Diſquiſit. Mag. Quæſt. XXVI.

poteſt ut appareant, & Gloria DEI, ad quam promovendam illæ apparitiones ſunt neceſſariæ.

§. 22. Sed, hic virum illum humani aliquid paſſum eſſe, nemo non videt. Non enim neceſſe eſt, ut potentia DEI abſoluta traducatur in actum, imo vero rariſſimè, interdum nunquam hoc fit, unde ab abſoluta DEI potentia ad actum n. v. c. Neque etiam ex tali apparitione Gloria DEI, quæ in ſe ſemper immutabilis & completa eſt, aliquod incrementum capere poteſt, ſed hoc potius DEUS glorificatur, ſi piorum animas ſtatim poſt cruciatus temporales in cœlum, & πȣ̃ illud beatorum recipiat, impios vero pœna debita afficiat, in ſignum glorioſæ Iuſtitiæ & Miſericordiæ ſuæ. Invenifſe ſe quidem & hic aliquid putat idem autor, quod

(uuu) animam Samuelis, cum *Joſepho Glanvil* (xxx), *Henrico Moro* (yyy), *Ben. Pererio* (zzz), *Cajetano* (aaaa), & cæteris ſocietatis ſuæ alumnis, apparuiſſe, ſcribat. Verum, cum hæc trita objectio Pontificiorum ex Theologia noſtra reſolvi ſoleat, Theologis quoque hanc quæſtionem examinandam relinquo. Hoc tantum adjicio; ſolviſſe hunc nodum feliciter *Joh. Erneſt. Gerhardum* (bbbb) Noſtratem, qui doctè oſtendit, non animam Samuelis, ſed ipſum, ut ſic loquar, larvatum

(uuu) Sect. IV. ejuſdem quæſtionis. (xxx) in Saducismo Triumphato, the II. part. Sect. XXI. p. m. 65. (yyy) in præfat. tract. Glanvils tit. Poſtſcript. (zzz) Lib. I. de Magia cap. XI. p. m. 59. (aaaa) Operum Tomo II. in 1. Sam. XXVIII. (bbbb) peculiari diſſert. de ſpectro Endoreo, habita Jenæ 1663. recuſa 1684.

vatum Diabolum fuiſſe, quod idem ſufficientiſſime probarunt *Lutherus* (cccc) *Chemnitius* (dddd) *Joh. Sarisberienſis* (eeee) *Gisbertus Voetius* (ffff) *Petr. Martyr* (gggg) *Ben. Aretius* (hhhh) *Jacobus Angliæ Rex* (iiii) *Joh. Ellingerus* (llll) *Nicolaus Jacquerius* (mmmm) *Joh. von Munſter*

(cccc) in ſeinem andern Jeniſchen Theil / vom Mißbrauch der Meſſe p. 35. col. II. ſeqq. (dddd) parte III. Exam. Concil. Trid. p. m. 115. col. b. (eeee) Lib. II. de nugis curialium, continetur in Bibliothecæ Max Vet. patrum, Tomo XXIII. parte III. Sect. XII. (ffff) Diſput. Select. Vol. I. p. m. 1006. (gggg) Locorum Communium Claſſis primæ cap. IX. p. m. 31. ſeqq. (hhhh) problematum altera parte, loco CXLVI. de ſpectris p. m. 625. ſeqq. (iiii) in the I. Book of his Dæmonologie p. m. 95. & 96. (llll) in der Hexen Coppel cap. XII. p. m. 31. (mmmm) in flag. Hæret. faſcinar. cap. IV. p. 11. & 12.

ſter (nnnn) *Jodocus Hockerius* (oooo) *Lud. Lavaterus* (pppp) *M. Bernh.* **Waldſchmiedt** (qqqq) *Lud. Dunte* (rrrr) *Caſp. Erneſt. Brochmandus* (ſſſſ) *Freudius* (tttt) *Balduinus* (uuuu) *Dilherrus* (xxxx) *Dnus Doct. Kortholt* (yyyy) *Dnus Doct. Pfeifferus*,

(nnnn) in dem Chriſtlichen Unterricht von den Geſpenſtern/ im vierdten Hauptſtück p. 28. ſeqq. (oooo) im Teuffel ſelbſten cap. XXVIII. p. m. 382. ſeqq. (pppp) parte II. de ſpectris cap. VII. & VIII. (qqqq) in Pythoniſſa Endorea, parte II. conc. III. & paſſim. (rrrr) in Deciſ. 1006. caſ. conſcient. p. m. 132. (ſſſſ) in Religionis Chriſtianæ articulo, qui eſt: de Angelis bonis & malis, quæſt. XV. (tttt) in den Gewiſſens-Fragen, quæſt. XXXV. (uuuu) in Caſ. Conſc. p. m. 817. (xxxx) Diſp. Acad. Tomo novo p. m. 54. (yyyy) Academiæ Kilonienſis ProCancellarius Meritiſſimus, in Collegio Biblico M SS. ad I. Sam. XXVIII. (zzzz) ante hac Eccleſiæ Arranæ & Illuſtr. Miſenæi Paſtor prima-

rus, (zzzz) è Jureconſultis *Nicolaus Remigius* (aaaaa) *Theod. Reinking* (bbbbb) *& Joh. Georg. Godelmannus* (ccccc) è Philoſophis denique *Joh. Seibothus* (ddddd).

§. 23. Miror itaquè, Martinum DelRio & alios Pontificios falſam hanc opinionem de apparitione animarum, ad defendendum ſuum purgatorium adeo ſectari. Longe enim aliud è libro naturæ & ſcripturæ docemur. Ex natura enim conſtat, animam non apparere, cum, ſi apparere poſſet, vel appareret *in*

D5 vel

rius. Nunc Rev. Miniſt. Lubeccenſis Superintendẽs graviſſimus, in dubiis vexatis Cent. II. Loco LXXVII. p. m. 433. (aaaaa) Lib. II. Dæmonol. cap. I. p. m. 186. ſeqq. (bbbbb) in Reſponſo juris quæſt. I. §. 84. ſeqq. (ccccc) Lib. I. cap. VI. de Necromanticis p. m. 38. ſeqq. §. 12. & in editione germanica Nigrini Cap. IV. §. 12. p. 36. (ddddd) Hiſt. Metaphyſ. p. m. 193.

vel *extra* corpus; non *extra corpus*, quia eſt ſpiritus, qui per ſuam eſſentiam in viſum non incurrit. Nec in corpore, quia, ut *Thomas* (eeeee) docet, anima ſeparata, naturali virtute ſua movere aliquod corpus nequit. Cum enim ſit naturalis forma humani corporis, non habet vim movendi ſecundum locum, niſi corpus, quod informat & vivificat: Nam, etiam cum eſt unita corpori, ſi ſit aliquod membrum mortificatum, non obedit animæ ad motum localem. Quare animæ demortuorum, nec aſſumere corpora, nec cum iis ſe vivis oſtendere poſſunt.

§. 24. E libro ſcripturæ autem docemur, quod piorum animæ, poſt diſceſſum à corpore, ſint in manu DEI, impiorum vero, in igne infernali. Quod doctiſ-

(eeeee) prima parte quæſt. 117. art. IV.

doctiſſime ex ſcriptura S. deducit Vir Magnificus & Plurimum Rev. Dnus *Doct. Mayer* (fffff), quando inquit: Die verſtorbene Seele / ſo ſie ſeelig / ſo wird ſie aus dem Schooß Abrahams nicht in die Jammer-Welt überſchicket; Iſt ſie verdammet / kan ſie mit dem Reichen auch nicht in ihres Vaters Hauß gehen / ſondern muß ewig an dem Ort der Quaal bleiben / Luc. XVI. Quod idem latinis verbis exprimit, cum, de ſpectris agens; *Illud certum eſt*, inquit, (ggggg) *non eſſe animas defunctorum quæ appareant, aut ullis modis in terris quidquam agere ſatagant.*

 Nam,

(fffff) In dem betrübten Kind GOttes. Tit. Anfechtung wegen der Geſpenſter p. m. 495. (ggggg) Diſſert. de præſagiis Mortis p 34. conf. huc quoque Bibliothec, Patrum Græc. Lat. Tom. II. p. 406. 407.

Nam, ſpiritus vita defunctorum, ἀπ᾽ ἄρτι vel laborum ſuorum fructus percipiunt in cœlo, vel perpetuas pœnas ſolvunt in inferno. Beatorum certè animæ ſunt in manu Dei, unde nulla vis detrahere unquam poterit.

§. 25. Ultimo quæri denique poterit: *Anne ſpectra ſint genii intermedii inter Angelos & homines, ſua natura nec boni nec mali?*

§. 26. Eo audaciæ progreſſus eſt *Baſ. Valentinus*, ut hanc opinionem defenderet (hhhhh). Verum, cum ſolido deſtituatur fundamento, Theologia etiam revelata ne χρῦ quidem talium geniorum intermediorum mentionem faciat, præterea quoque, ſpectrorum effectus & apparitiones alii cuidam creato enti, cujus ſcriptura ſacra meminit, adſcribi poſſint; cur quæſo hicci-tra

(hhhhh) ut hæc ita refert autor Anonymus in Gemma Magica.

tra neceſſitatem entia multiplicabimus?

§. 27. Hiſce poſitis, reſtat, ut ſpectra *Spiritus Angelicos* eſſe dicamus, quam quoque ſententiam facillimè probamus. Nam, vel ſunt homines, vel partis hominis eſſentiales, vel dependent à mera cauſa naturali, vel ſunt DEUS ipſe, vel Angeli. Valet conſequentia à plena partium enumeratione (genios enim intermedios inter Angelos & homines, ut dixi, non agnoſcimus). Non ſunt totus homo, quia non dependent in eſſe à corpore & anima, poſſunt enim, dum ad tempus corpus ingrediuntur, illud ipſum derelinquere, ſalva manente illorum eſſentia. Deinde, ſi eſſent homines, ederent actiones humanas, jam vero loquuntur multa, quæ omnem potentiam humanam excedunt, illa nempè quæ loquebantur

tur oracula. Agunt etiam ſæpius talia, quæ ab hominibus perfici non poſſunt, de quibus paſſim hoc in tractatulo agimus. Nec etiam ſunt partes hominis eſſentiales; Nam ſic, vel eſſent anima, vel corpus. Nō anima, quod demonſtravi (iiiii); nec corpus hominis, quia corpus abſque anima tanquam forma informante, nullas vitales; aut abſque forma adſiſtente, nullas actiones quaſi vitales edere poteſt. Secundo, nec dependent à mera cauſa naturali, quod aliquo modo jam probavi, cum oſtenderem, non eſſe meteora, & porro probatur inde, quoniam pollent vi intelligendi, quod de iis, quæ à ſola cauſa naturali dependent, dici non poteſt. Tertio, non ſunt DEUS ipſe; Nam ſæpius ſpectra mentiuntur, DEUS autem ipſa ſanctitas mentiri non novit;

(iiiii) §. 23.

novit; ſæpius blaſphemias in DEUM exſpuunt, quod Chriſtiano impium, homini vero rationali abſurdum eſt, de ipſo DEO dicere. Super eſt igitur, ut ſpectra Angelos eſſe dicamus; illos autem definimus cum *Scheiblero*, quod ſint: *ſpiritus finiti independentes à corpore* (lllll).

CAP. III.

Deſcribit Spectrorum Qualitatem.

Conſpectus.

§. 1. Ordinis ratio. §. 2. 3. 4. evolutio terminorum ambiguorum. §. 5. Spectra malos genios eſſe, teſtimoniis doctorum §. 6. & rationibus, à modo acquirendi ſpiritus familiares, probatur. §. 7. Objectio: ſpectra ſæpius vera fu-

(lllll) Lib. II. operis Metaphyſ. cap. IV.

ra futura ac bona prædicere §. 8. inſtantiis probat, & hoc diabolum facere poſſe §. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15. modum, qui hæc præſtare poſſit, indicant. §. 16. Apparitiones Angelicæ diſtinguendæ à ſpectris.

§. 1.

Cum Angeli ſint in duplici differentia, alii nempè boni, alii mali, & vero, ſpectra ſpiritus Angelicos eſſe, probatum ſit; Conſiderata quidditate ipſorum, examinari nunc poteſt illorum qualitas, & quæri: An ad bonos, an vero ad malos Angelos ſive Diabolos illa referre debeamus?

§. 2. Ubi, antequam ad examinandam hanc quæſtionem accedam, ut omnis ambiguitas evitetur,

tur, exponendum venit, quo ſenſu Diabolus malus genius dicatur.

§. 3. Dicitur igitur malus, non quod *eſſentialiter* ſive *transcendentaliter* talis ſit, ſic namque habet debitam & congruentem perfectionem. Cum enim DEUS, qui viſibilium & inviſibilium creator eſt, à ſe ſummè & immutabiliter, id eſt, origine, perfectione, & cauſa bonus ſit, nihil profecto facit, niſi id, quod bonum eſt, unde & nemo ex Philoſophis aut Theologis erubeſcet, ipſum diabolum, *Metaphyſicè*, hoc eſt, eſſentialiter, & in quantum creatura DEI eſt, bonum appellare.

§. 4. *Ethicè* vero & *ratione accidentium* dicitur Diabolus malus genius, ideo ſcilicet, quod in concreata ſanctitate non ſteterit, ſed lapſus ſit.

§. 5. Quibus ſic poſitis, ſi quæratur.

ratur: An ſpectra pro talibus malis ſpiritibus ſive Diabolis ſint habenda? Multi hoc ipſum ſibi, nec vanè, perſuaſum habent. Doctiſſimus namque *Voetius* illa definiens: *Spectrum eſt*, inquit, (a) *Apparitio diabolica, homines, aut alias res propter homines infeſtantes*, & , poſito problemate: *Annon ſpiritus ſemper contemnere & ſusque deque habere liceat?* Non quidem ſimpliciter illam quæſtionem concedit, ſed, de *externis ſpectris* (b) & apparitionibus; per ſimplicem rejectionem, imo & fortem contemptum melius ſuperandis, quam per ſollicitum examen, accuratam inquiſitionem, diſtinctum eorum intuitum, & operoſam refutationem, conſilium caſuiſtarum & practico-

rum

(a) Diſput. Select. Vol. I. de ſpectris p. m. 987. (b) Diſput. de probat. ſpirit. p. m. 1103.

rum tum Pontificiorum & ſuorum non improbat. *Martinus DelRio* (c) ſpectra ſimpliciter Dæmonum apparitiones nominat. *Peucerus* (d) ſub titulo magiæ diabolicæ de iis agit. *Chemnitius* noſter (e) *Brochmandus* (f) *Ph. Henr. Friedliebius* (g) *Koningius* (h) & alii, quando quæſtionem de malis angelis tractant, de ſpectris pauca inſerunt. *M. Bernhardus* Waldſchmied ad quæſtionem, quid ſint ſpectra? respondet (i): Wir antworten/ daß es keine gute Engel ſind. Denn

(c) Lib. II. Diſquiſit. Mag. quæſt. XXVII. Sect. I. (d) Comm. de Div. Gen. p. m. 104. ſeq. (e) in LL CC. Theol. de creatione p. m. 132. col. b. (f) In Relig. Chriſtianæ articulo de Angelis bonis & malis. (g) in Medulla Theologiæ, loco de Ang. mal. quæſt. VII. p. m. 449. (h) in Heph. Caſ. Conſc. Miſcell caſu I. Sect. I. (i) in Pythoniſſa Endorea Parte II. p. m. 428.

Denn / ob wol der Engel des HErrn ſich umb die herlagert / die den HErrn fürchten Pſal. 34. v. 8. Jedoch aber / ſo thun ſie es jetzo nicht ſichtbahrer Weiſe / daß ſie den Fronunen noch in ſichtbahrer Geſtalt erſcheinen ſolten / ſondern es geſchiehet unſichtbahr / daß die Frommen ſie in ihrer Geſtalt mit ihren leiblichen Augen nicht ſehen können. & (k): Darumb ſoll ein jeder darfür halten / daß es der Verſtorbenen Seelen und Geiſter nicht ſind / die da erſcheinen / ſondern der Teuffel ſelbſten / & (l): Ein ſolches Geſpenſte / das ſich für dieſes oder jenes verſtorbenen Menſchen Seele außgiebet / iſt nicht daſſelbige / darfür es ſich außgiebet / ſondern der böſe Geiſt und Teuffel ſelbſten / der dieſes oder jenes Menſchen Geſtalt

(k) p. 433. 434. (l) p. m. 509.

ſtalt an ſich genommen / und ſich in derſelben entweder ſehen oder hören läſſet. Scribit & hanc in rem, Theologus de Eccleſia noſtra Meritiſſimus, Dnus D. Spenerus (m) ita: Die Geſpenſter ſind nichtes anders als erſcheinungen des Teuffels / da er in einer gewiſſen Geſtalt die Menſchen zu ſchrecken / oder ihnen ſonſten zu Schaden ſich darſtellet. Et Magnif. Dnus D. Mayer (n): Es mag ſich dieſer reiſſender Löwe ſo ſchön und lieblich ankleiden als er wil / er mag die Geſtalt des verſtorbenen Freundes / Ehegattens / Vatern / Brudern &c. an ſich nehmen / ſo iſt er doch und bleibet unter einer ſol-

(m) In ſeiner Evangeliſchen Glaubens Lehre am Sontag Oculi p. m. 343. (n) in ſeinem betrübten Kind GOttes. Tit. Anfechtung wegen der Geſpenſter. p. m. 495.

ſolchen Larven der verfluchte häßliche Teuffel / & paucis interjectis (o): Es iſt eine groſſe Einfalt / wenn man ein Geſpenſt fraget / **Alle gute Geiſter loben GOtt** / und es antwortet: **Ich auch** / daß es denn kein Teuffel / ſondern ein guter Engel ſey / welchem man mit guten Gewiſſen folgen könne. O Unbeſonnenheit! hat der Teuffel nie gelogen? redet er dann die Warheit? iſt er denn nicht ein Vater der Lügen? Joh. VIII. kan er ſich nicht verſtellen in einen Engel des Liechtes? 2. Cor. 9. v. 14. Es iſt und bleibet ein ſolches Geſpenſte nichtes anders als der leibhaffte Teuffel / der ſich ſo barmhertzig und ſorgfältig gegen arme Leute / wie gegen den verachteten JEſum (Matth.

(o) p. m. 504.

(Matth. IV) anſtellet. Cum hiſce conſentiũt Lutherus (p), & citat9 *Jacobus Angliæ Rex* (q), ex patrib9 vero, quos vidi, *S. P. N. Antiochus* (r) & *Chryſoſtomus.* (ſ)

§ 6. Et profecto, res ipſa quoque loquitur & effectus demonſtrat, pro bonis gen[illegible]ra haberi non poſſe. Clare h[illegible] pateſcit in *ſpiritibus*, quos vocant, *familiaribus*, quorum acerrimus defenſor licet *Trithemius* (t) ſit, nunquam tamen pro bonitate ipſorum quidquam obtinebit. Concedit enim ipſe, dari adjurationes, quas *Potentes* vocat, *quibus unus quiſque, qui cupidus uti*

(p) in Colloq. Menſ. tit. de Diabolo. (q) in the Thirdbooke of his Dæmonologie cap. II. p. 126. ſeqq. (r) Homil. LXXXIV. de inſomniis, continetur Biblioth. Græco-Lat. Tom. I. p. m. 1160. (ſ) in Matth. VIII. Hom. 29. (t) in Steganographia, per omnes tres libros.

uti aſſiduo ſpirituum miniſterio . alligare apud ſe ſpiritum ac cogere queat, ut in ejus domo maneat ſpiritus, eique in cunctis famuletur. Quis vero bonum ſpiritum aut Angelum unquam vi quadam homini aſſociari credet? Quod ſi vero ipſum modum & rationem ſpiritus familiares acquirendi, examinaverimus, manifeſto, quiſquis ſit, deprehendet, eos non liberos bonoſque, ſed malignos eſſe ſpiritus; dum non duntaxat magna cum ſuperſtitione, ſed & magno cum periculo alliciuntur ac convocantur. *Si quis enim, in adjurandis ſpiritibus familiaribus* (Trithemium teſtem habeo (u)) *trepidaverit, aut in addenda adjuratione ſive vocabuli omiſſione, ſive ſeriei immutatione aberraverit, illico homo interficitur,* quod certe non eſt boni alicujus, ſed infallibilis mali ſpiri-

(u) alleg. loc.

ſpiritus nota. Unde ſuſpectos quoque reddunt ſpiritus ſuos familiares illi, qui libenter illos divendere cupiunt, nam, ſi boni eſſent ſpiritus hi; cur non ſibi perpetuo eos aſſociatos reſervarent? cum homo natura eo inclinet, ut, quod ſibi maximè proficuum fore exiſtimat in vita humana, in alterius poſſeſſionem facile pervenire non ſinat. Cauſam vero venditionis horum ſpirituum, nullam aliam ſubeſſe arbitror, quam metum periculi ex diuturna converſatione illorum tandem imminentis. Norunt enim, ſi ante ultimum fatalem humanæ vitæ terminum ſpiritus iſti non dimittantur, tragicum tandem converſationis & familiaritatis eorum ſubſequi eventum. Cui rei ante hæc tempora jam pridem horribili & miſerabili ex hac vita abitu & obitu fidem fecerunt

viri duo, qui patrum noſtrorum memoria innotuerunt, & propter mirificas impoſturas & faſcinationes, quas beneficio ſpiritus ſui familiaris præſtabant, celebres, Joh. Fauſtus Cundlingenſis, alter vero nomine Bohemus, quorum uterque horrendo modo in vivis eſſe deſiit. Hic enim decurſo jam pactionis ſpacio, vivus à magiſtro & ſpiritu ſuo familiari ſine omni commiſeratione & indulgentia violentiſſime raptus, & per mediam aeris regionem, ingenti cum ſtrepitu & clamore abductus eſt. Ille vero *Fauſtus*, ut à *Widmanno* (x) notanter recenſetur, in pago Ducatus Wurtenbergici Kimlich dicto, inventus fuit juxta lectum mortuus, domo præcedenti nocte media quaſſata. Patet igitur hiſce ſimi-

(x) in ſeinem Theil der dritten Hiſtorien von Doct. Joh. Fauſten p. 155.

ſimilibusque exemplis ſpectra & ſpiritus familiares pro bonis geniis haberi non poſſe. Confer cum hiſce judicium Mich. Freudii (y) & Barthol. Anhorn (z)

§. 7. Videor autem mihi quosdam hic objicere: Quod ſpectra ſæpius, teſte experientia (aa), vera, futura, ac bona præſagiant, quæ operationes malorum angelorum eſſe non poſſint?

§. 8. Sed reſpondeo: Et ipſum oraculum Delphicum interdum bona & juſta pronunciavit, quod tamen Diabolicum fuiſſe, fuſius deducunt *Auguſt. Steuchus Eugubinus* (bb) *Peucerus* (cc) *Phil. Mornæus*

(y) in ſeinen Gewiſſens-Fragen quæſt. LII. (z) in Magiologia parte II. cap. IV. p. 281. ſeqq. (aa) vide Anonymi hiſtoriam de ſpectris p. 68. 93. 113. 130. (bb) Lib. VIII. de perenni philoſophia (cc) Comment. de div. gener. p. m. 221. ſeqq.

næus (dd) *Euſebius* (ee) *Petr. Molinæus* (ff) *Seldenus* (gg) *Dikinſon* (hh) *Henr. Mundt* (ii) *Thom. Teniſon* (ll) *&* *D. Claſenius* (mm); quicquid etiam in contrarium oggan- niant parum firmis cæteroqui inni- xi fundamentis, Athei *Reg. Scotus* (nn) *Thom. Hobbes* (oo) & *Autor Anonymus Gallicus* (pp). Balaam a- riolus

(dd) Lib. de veritate Relig. Chriſt. p. 422. ſeqq. (ee) Præparat. Evang. Lib. V. p. m. 180. ſeqq. & alibi paſſim (ff) in Vate, Lib. III. p m. 163. (gg) de Diis Syriis (hh) Delph Phœniciz. (ii) in novo Phyſicæ hodiernæ lumine Cap. XI. (ll) The creed of M. Hobbes examined. Articulo IV. p. m. 61. (mm) Libro de Oraculis Gentil. Lib. I. cap. I. & XVIII. (nn) in his Diſcovery of Witchcraft Lib VII. cap. V. ſeqq. (oo) in Leviathan parte I. de homine cap. XII. p. m. 59 (pp) Tract. cui Titulus; Le Comte de Gabalis.

riolus e Magis Perſarum, bona prædicabat futura: *Orietur Stella ex Jacob &c.* quem tamen jubente Moſe in bello cum cæteris Iſraelitæ, ut ſacræ docent paginæ (qq) interfecerunt, quia nefarius improbuſque monuerat fornicari Moabitidas cum Iſraelitis, ut læſo numine caderent in bello. Caiphas, cum in necem Domini conſentiret, bonum fore prophetabat, ſi Chriſtus pro populo moreretur (rr). Erythræa Sybilla oraculo Apollinis præerat, ut habet alicubi Plutarchus, futura tamen prænunciabat, non earum modo rerum quæ à Romanis toto terrarum orbe gerenda eſſent, ſed etiam, quæ Chriſtus facturus, imo, ſuprema quoque ſecula complexa. Piſiſtratus Tyrannus, ut habet *Botſaccus* (ſſ) in-

E 3 ter

(qq) Num. XXIV. 17. & XXXI. 8. 16.
(rr) Joh. XVIII. 14. (ſſ) prompt. Morali ad vocem ſpectra.

ter dormiendum conſpicabatur virum, tetra ac immani ſpecie ſibi adſiſtentem, ac auribus ipſius hunc ingerentẽ verſiculum: ὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν ἐκ ἀποτίσει. Nemo hominum injuſtorum pœnam non luit, h. e. certiſſimè luit; *Duæ enim negationes*, ut *Glasſius* (tt) inquit, *apud Græcos fortius negant.*

§. 9. Patet hiſce ſimilibuſve exemplis, pia interdum Diabolum loqui, vera etiam ac futura prædicere. Nempè, quia futura alia ſunt neceſſaria, eo, quod pendent ex cauſis neceſſariis, v. c. Ecclipſis, quæ futura eſt vel hoc, vel ſequentibus annis, it. quod ſol intra decurſum 24. horarum eundem fere locum quem jam habet, occupaturus, vel, quod homo ſenio confectus, eo, quod humidum radicale &

(tt) Philolog. ſacræ Lib. III. Tract. V. p. m. 48.

& acquiſitum vitæ illud pabulum abſumptum eſt, morti vicinus ſit; facilè hæc & ſimilia Diabolus, & certo (ni DEUS naturæ curſum per abſolutam ſuam potentiam impedire velit) preſcire poteſt.

§. 10. Alia etiam ſunt futura neceſſaria, non quidem quod pendent ex cauſis neceſſariis, ſed ob veritatem teſtantis, illa ſcilicet, quæ nituntur fide divina, qualia *vel* ſunt illa, quæ â ſanctis Angelis Diabolis permiſſu Divino revelantur. Nam: *Non inconveniens eſt*, inquit *Prucknerus* (uu) *Dæmones prædicere veraciter aliqua futura, quæ habent per revelationem â ſanctis Angelis, ſecundum divinam ordinationem nobis occultam. Vel*, quæ Diaboli ex prædictionibus Prophetarum & ſcriptis Apoſtolorum habent. *Norunt ex oraculis Prophetarum*, ſunt

E 4 verba

(uu) Vind. Bibl. ad 1. Sam. XXVIII.

verba *Peuceri* (xx) & *DilHerri*(yy), *ubi & penes quos Imperia futura ſint, per quos viros, & quo ſucceſſu ea conſtituturus & adminiſtraturus ſit Deus: quorum potentiam amplificaturus, quos dejecturus rurſum ac depreſſurus: ad quam gentem, ſi ruant aut collabantur, translaturus ſit, quo tempore, quibus modis: deniq; quæ forma, quis ſtatus futurus ſit Regnorum, quanta periodus, qui hoſtes ea petituri ſint & infeſtaturi, aliaque hujusmodi. Inde & ſua depromunt vaticinia Dæmones, & multa alia non ſingillatim expreſſa conjecturis argutisſimè colligunt. Præſcivit Diabolus ex Eſaiæ & Danielis vaticiniis (quorum uterque expreſsè adoleſcentem Alexandrum pingit) eum ipſum Alexandrum victo Dario potiturum*

(xx) Commentario de Div. Gen. p. m.15.b. (yy) Diſput. Academ. Tomo I. p. m. 220.221.

turum Aſia univerſa, & traductu-rum Imperium à Babyloniis ad Græcos. Ideò ipſi conſulenti oraculum Delphicum, extorquentique reſponſum ab invita vate, tandem Pythia in hac verba prorumpens reſpondit: Invictus eris Alexander.

§. 10. Alia futura ſunt contingentia naturalia, illaque ita, ut fiant quam plurimum. Ita futurum eſt, ut quis moriatur, qui peſte laboret. Talia futura Diabolus quoque, cum ſit antiquus & callidus ſpiritus, novit ut plurimum.

§. 12. Sunt & adhuc alia futura Diabolo haud ignota, quæ tamen, ſi rectè examinentur, præſentia potius dicenda ſunt, quam futura, ſic v. c. Diabolus per Spectrum dicit homini: Aderit tibi hac hora hic vel ille amicus, quod ſi eventus reſpondeat, quid mirum? Poteſt enim Diabolus tanquam princeps

aeris ex illo tanquam alto ſpeculo, hujus hominis advenientis motum actualem intueri, & ſic, non quæ à parte rei futura erant, ſed quæ videbantur futura opinione hominum, prædicere.

§. 13. Sunt denique futura alia purè caſualia & fortuita, quæ à ſpectris nullo modo determinate præſciri poſſunt; interim tamen, ſi prædicere illa tentat ſatanas, fucis utitur & inſidiis, ſemperque fallacia Homonymiæ & Amphiboliæ ludit, ut in hiſce:

Ajo te Æacida Romanos vincere poſſe, & : *Croeſus Halyn ſuperans magnam pervertet opum vim.*

quæ omnia in utramque partem explicari poſſunt. Pluribus de præſcientia Dæmonum tractant *Augu-*

ſtinus

ſtinus (zz) *Joh. Sarisberienſis* (aaa) *Dionyſius Petavius* (bbb) *Ben. Pererius* (ccc) *Raynaudus* (ddd) *Joh. Maukiſch* (eee) *Malleus Maleficarum* (fff) *Georg. Pict. Villinganus* (ggg) *Joh. Ellingerus* (hhh) *Barth.*

(zz) Lib. de Divinat. Dæm. continetur Operum ipſius Tomo III. p m. 283. (aaa) Lib. II. de nugis curialium cap. XXVII. ejus ſcripta continentur Tomo XXIII. Bibl. Max. Veterum Patrum. (bbb) Theol. Dogmat. Tomo III Lib. I cap. VII. p. 38. & IX. p. 51. (ccc) Lib. III. de Div. Aſtrolog. §. 35. p. m 228. ſeqq. (ddd) Operum Tomo V. in Theologia Naturali p. m. 115. (eee) in Diſputationibus de Diabolorum notitia (fff) Tomo I. parte II. quæſt. I. cap. II. p. m. 246. ſeqq. & Tomo II. capitulo VI. de de Pythonicis mulieribus p. m. 61. (ggg) in his Diſcourſe of the nature of ſpirits p. m. 132. (hhh) in der Hexen Coppel cap. Vet. VI. p. m. 15. ſeqq.

Anhorn (iii) *Henr. Monteacutus* (lll) *A. Polanus* (mmm) *Anonymi Hiſtoria Spectrorum* (nnn) *Jod. Hockerius* (ooo) *William. Perking* (ppp) *Autor Anonymus* (qqq) *Gaſpar. Schottus* (rrr) & alii ex noſtris Theologis & Scholaſticis, locis Theologicis de Angelis; exempla vero huc facientia adducunt.

(iii) in Magiologia parte II. cap. V. p. m. 501. (lll) Libello cui titulus: Dæmonis Mimica cap. XXXIX. p. m. 397. (mmm) Syntagm. Theolog. Chriſt. Lib. V. cap. XIII. p. m. 901. c. (nnn) Lib. II. p. m. 309. ſeqq. (ooo) im Teuffel ſelbſten cap. XXXIII. p. m. 493. (ppp) in his Diſcourſe of the damned art of Witchcraft. cap. III. Sect. I. p. m. 57. ſeqq. (qqq) in Reſponſo juris p. m. 13. (rrr) Phyſ. curioſ. Lib. I. p. m. 13. ſeqq.

eunt *Balduinus* (ſſſ) *Mich. Freudius* (ttt) & *D. Claſenius* (uuu).

§ 14. Quod porro attinet, ſpectra interdum bona prædicere, nec miremur hoc ipſum. Poſſunt ſe enim transformare in Angelos lucis (xxx) Bona loquuntur & agunt (ſi bona dicenda), ut inde eveniant mala. *Imitatur ſatanas luſores doloſos, qui ſimplicem aliquem juvenem ſinunt aliquamdiu lucrari, ut ludendi avidum, poſtea auro & argento emungant. Imitatur illos, qui aliquoties commodatam pecuniam bona fide creditoribus reſtituunt, & promiſſis ſtant, ut poſtea ab ipſis magnam vim pecuniæ impetrare, eosque*

(ſſſ) Lib. II. caſ. conſcient. cap. 2. (ttt) in den Gewiſſens-Fragen / oder Bericht von Zauberey und Zaubern. quæſt. LXXXII. (uuu) Lib. I. de Oraculis gentilium paſſim. (xxx) 2. Cor. XI. v. 14.

que fallere queant, (ſic) *Diabolus dicit aliquando quæ vera ſunt, ut verbis ſuis conciliet fidem, & incautos, facilius decipere poſſit*, inquit *Lavaterus* (yyy). *Ludit Diabolus*, ut *Peucerus* pie diſſerit (zzz), *veritatis declaratione & confeſſione, tantum eo fine, ut alliciat ad ſe imperitos, & talibus vel parænesibus, quæ continent præcepta neceſſaria in vita, vel præmunitiones ſecuturarum pœnarum ſibi arctius obſtringat ac devinciat. Servat quandoque ſuis fidem*, inquit *Frommannus* (aaaa) *ut fidem illorum ſalvificam certius proſternat, morem gerit, ut ſibi morigeros itidem reddat, & in officio illos retineat. Ut triſtes decipiat*, ait *An-*

(yyy) parte II. de ſpectris cap. XVIII. p. m. 211 (zzz) Comment. de Div. gen. p. m. 33. b. (aaaa) de Faſcinatione vulgari Libro I. parte II. cap. X. p. m. 200.

Auguſtinus (bbbb) *triſtatur & ipſe, ut gaudentes illudat, fingit ſe & ipſe gaudere, ut ſpiritales defraudet, in Angelum lucis ſe transfigurat.* Memorabiles, & lectu dignas quoque aliquot hiſtorias de hypocritica illa Dæmonum ſanctitate, qua bona, pia, & juſta ſuis agenda præcipere videntur, cum tamen omnia ad perniciem hominum tendant, adducunt *Remigius* (cccc) *Raynaudus* (dddd) *Mich. Freudius* (eeee) *Henricus Monteacutus* (ffff) & *Chriſtoph.* Ehinger (gggg).

§. 15.

(bbbb) Operum Tomo IX. p. m. 332. c. (cccc) Lib. I. Dæmonolatriæ cap. IX. (dddd) Operum Tomo V. p. m. 100. col. 2. §. 132. (eeee) in den Gewiſſens-Fragen / quæſt. XXIX. (ffff) eleganti libello, cui titulus: Dæmonis Mimica. (gggg) in Dæmonologia, paſſim per totum librum.

§. 15. Interdum vero loquitur Diabolus vera, idque coactus, nam, cum *poteſtas ejus* ut *Auguſtinus* (hhhh) ait, ſit *ſub poteſtate*, cogitur interdum id, quod non vult, facere.

§. 16. Sunt igitur & manent ſpectra nihil aliud, quam luſus Satanæ. Dum autem hæc dico, diſtinguo illa cum doctiſſimo *Voetio* (iiii) ab apparitionibus Angelicis. Nam, præter ſpectra dari quoque poſſe, & forſan actu dari, viſiones bonas, (quamvis rariſſimè), cum habeamus Moſen & Prophetas) non nego. Si autem quæſiveris: Qui illæ apparitiones & viſiones bonorum Angelorum â ſpectris diſcernendæ ſint? Quandoquidem illam

(hhhh) Operum Tomo VIII. enarrat. in Pſalm. LXI. p.m. 227.a. (iiii) Diſput. Select. Vol. I. de ſpectris.

illam quæſtionem reſolvendam non ſuſceperim, nec illud quoque fieri aliunde poſſit, quam ex Theologia revelata, cum tota ſpiritum diſcretio à Divina potiſſimum revelatione dependeat, ut rectè inquit *Martinus DelRio* (llll), imo *Paulus* ipſe, Spirituum probationem inter dona Spiritus Sancti referat (mmmm); & hanc quoque quæſtionem Theologis examinandam relinquo. Adeat interim, qui velit, autores illos, qui ex profeſſo illam tractant, hi ſunt ex iis, quos mihi quidem evolvere licuit: *D. Anaſtaſius Epiſcopus Nicenus* (nnnn) Stolterfoth (oooo) *Leh-*

(llll) Diſquiſit. Mag. Lib. II. quæſt. XXVI. Sect. III. (mmmm) 1. Cor. XII. 10. (nnnn) Quæſt. in ſcript. XXIII. Tomo I. Biblioth. Sanct. Patrum p. m. 26 ſeqq. (oooo) in dem gründlichen Bedencken / was von Geſpenſtern heutiges Tages zu halten.

Nagen, aliis *de Indagine* (bbbbb) *Jac. de Chuſa* (ccccc) *Joh. Wolfius* (ddddd) *Brockwedelius* (eeeee) & *Petr. Thyræus* (fffff).

CAP. IV.

Spectrorum τῶ *inquirit*

Conſpectus.

§. 1. 2. 3. 4. Quomodo ſpectra in τῶ ſint, explicatur. §. 5. in omnibus locis ſpectra eſſe teſtantur *Pſellus* & *Gazæus*. §. 6. Spectra ignita referunt *Kircherus* §. 7. *Frommannus* §. 8. & *Kornmannus* §. 9. Nymphæ & Undenæ,

(bbbbb) Lib. de apparitione defunctæ (ccccc) de apparit. ſpirituum. (ddddd) Lect. Memorab. Tomo I. Centenario XIII. p. m. 567. ſub voce Arnoldi (eeeee) von den Geſichtern. (fffff) de ſpirituum apparitionibus Lib. I. cap. XI. & XVI.

denæ, Tritones & Nereides, an ſint? §. 10. Quid ſint; triplex autorum opinio §. 11. prima examinatur, §. 12. ſecunda quoq;, §. 13. & tertia §. 14. *Paracelſi* de ſpectris aeris opinio § 15. rejicitur. §. 16. Spectra ſubterranea ex *G. Agricola* ſiſtuntur §. 17. Spectra ſylveſtria Satyri & Fauni §. 18. An ſint Spectra vere talia? §. 19. Lares, Penates, An & Quid ſint? §. 20. Spectra in aliis locis multa, in aliis non magno numero videntur.

§. I.

ACcedimus jam ad caput quartum, in quo conſideramus τὸ πȣ̃ ſpectrorum. Ubi ab initio ſtatim notandum venit, me, quando ſpectris aliquod πȣ̃ tribuo, non hoc velle: Quaſi illa eodem temporis momento omnia loca repleant; ſic enim non eſſent entia limitata.

mitata ſed DEUS ipſe, de quo novimus, quod ſola ejus Immenſitas nullis limitibus coerceatur, ſed, quod ubique præſens, & nuſpiam abſens ſit, qui etiam ideo, quod ſolus ille ens perfectiſſimum eſt, nullos præſentiæ ſuæ terminos habet, ſed, ſi ipſi aliquod *ubi* aſſignatur, merito per hoc, τὸ illud repletivum, quod nihil aliud quam ubiquitas eſt, intelligendum venit.

§. 2. Nec etiam ita accipio: Ac ſi ſpectra tractu temporis phyſici ubique, nempe, nunc in hoc, cras in alio loco ſint. Nam, cum tempus non agnoſcant ſpiritus finiti, nec ſucceſſivum (præſens, præteritum, & futurum) motum admittunt; ſed in inſtanti, magna celeritate, motuque analogico, tranſeunt quo volunt.

§. 3. Sed more loquendi uſitato, quo dicimus: Homines eſſe

ubi-

ubivis locorum, eo, quod in omnibus partibus terræ vivant. Redit ergo mens mea eo: Dari partem terræ in qua ſpectra permulta videntur, dari quoque loca alia, quæ non perturbant, imo, inhabitare illa omnia loca ita, ut tamen immediatè localiter ipſis non inſint.

§. 4. Corpora quidem quæ ſpectra aſſumunt, & in quibus apparent, eò, quod habent ſpatium ſuum extenſum, & actualem â loco ac quantitativam commenſurationem, ſunt in loco, ſpiritus autem in illis apparentes, eo, quod omnis quantitatis ſunt expertes, propria corporis, & ſic localitatem non participant.

§. 5. Ita vero in locis variis ſpectra viſa fuiſſe, narrant *Æneas Gazæus*(a) nec non *Trax* apud *Pſellum*.

(a) Bibliotheca Patrum Græco-Lat. Tomo II, p. m. 399. e.

lum (b) *Eſt Dæmonibus plenus aer, & qui ſupra nos eſt, & qui nobis circumfunditur. Plena etiam terra, plenum mare, plena denique ima ſubterraneorum penetralium loca.* De ſingulis ſeorſim agentes, primo loco ſpectra ignita conſiderabimus.

§. 6. Meminit *Kircherus* (c) *in media & ſuprema aeris regione, nempè in montibus Peruviæ & Chiles, adeo Subtilem eſſe aerem, & tantam ad inflammationem diſpoſitionem habere, ut vel tenui motu & halitu inflammetur. Unde fiat, ut videamus non infrequenter viatores in hiſce montibus totos igneos, equos quoque & jumenta ore naribusque flammas vomentes.* Quod ſi verum, aerem adeo diſpoſitum eſſe ad inflammatio-

(b) de operatione Dæmonum p. m. 59.

(c) in arte magna *Lucis* & Umbræ Lib. I, parte I, cap. V. p. 12, 13, col. 1.

tionem, quid mirum, ſi Diabolus mille artifex, hoc in ſui commodum vertat, & per compreſſionem atomorum ſpeciem urentis viri præſentet? Tale ſpectrum ignitum tempore Frommanni in patria ſua à multis viſum fuiſſe, his verbis ipſe innuit: *In Patria mea*, inquit (d), *præſertim ante bellum Germanicum, & hactenus per multos iterum annos, Dæmon in forma viri ignei, jam maximi, jam parvi ſive virunculi noctu in campis oberrantis, & brevi hinc inde dicurrentis, apparuit, noſtratibus proinde* **der feurige Mann** *dictus. Viro cuidam Rodachenſi nocte tenebricoſiſſima obviam aliquando factus, tantam terræ mox adſperſit lucem, ut obulus in ea, ſi jacuiſſet, videri potuiſſet, ut vir idem mihi retulit.*

Quo-

(d) de faſcinatione Magica Libro III. parte VI. cap. VIII. p. m. 794.

Quorundam noctu iter facientium dorſis incumbit, ut aliquamdiu pondus, non ſine anxietate, citra tamen aduſtionis periculum portare cogantur.

§. 8. Ad talia ſpectra referri quoque poſſunt, quæ, licet non ignea videantur, in illo tamen operationes ſuas edunt. Memorabile eſt, quod de tali putatitio homine, ſive ſpectro adducit *Kornmannus*(e): *Anno 1536. die 2. Marti in Scicilia, non procul ab oppido Taurominitano, mercatori, ſiculo iter facienti, decem ſabrorum habitu occurrerunt, ac paulo poſt alii decem, tandem vero unus Vulcano ſimilis. Rogati â mercatore, quo tenderent? Reſponderunt: Ætnam verſus ad fabrilem officinam.*

(e) in templo naturæ Hiſtorico conſiderat. XVII. p. m. 49. ex Strozzio Cicogna Lib. III. de occult. Philoſoph. cap. XVI.

Hic mercator mirum ſibi videri, quomodo eo in monte quidquam fabricare poſſint, qui altiſſima nive eſſet obtectus, reſpondens Vulcanus: Ignota tibi, inquit, meæ ſunt vires, quas non multo poſt cum aliis experieris, ſimul cum dicto evanuit. Vnde mercator totus horrore rigeſcens, ægrè in proximam domum correpſit, & ſequenti die letho conceſſit. Sub veſperam Ætna mons tanto cum fragore moveri & cineres ac flammas evomere cœpit, ut Taurominitani ultimum mundo finem inſtare rati, latibula undique quærerent, nec ullum ſatis tuto invenirent. Hæc Kornmannus. Plura de his tractant *Scaliger* (f) *Jamblichus*(g) *Henricus Monteacutus* (h) & *Autor Anonymus* (i).

§. 8.

(ff) in II. de Plantis. (g) Lib. de Myſteriis. (h) Dæmonis Mimica cap. XXII. p. m. 223. (i) in the Anatomy of Melancholy Parte I. Sect. II. p. m. 46.

Me.

We

§. 9. Conſideramus ſecundo ſpectra aquatica, ad quæ plurimos referimus *Tritones* & *Nereides*, *Nymphas*, & *Undenas*, quas dari, ſi fides Hiſtoriarum, prout omnino debet, aliquid valet, certum eſt. Scribit namque *Alexander ab Alexandro* (l) Viſos patrum ſuorum memoria Tritones & Nereides fuiſſe, addens ſimul, ſuo tempore ex ultima Mauritania hominem marinum, vultu & corpore prorſus humano, abſoluta ſimilitudine pubetenus, poſtremis vero in piſcem deſinentibus, allatum in melle; Et in Epiro per ea tempora captum ex inſidiis alium, qui ex ſpelunca littori proxima, tacitis veſtigiis deſiliens, mulierum, ſi quas forte conſpexiſſet aquarum ex oppido ventitantes, aut ſolas in littore

(l) Lib. III. Genial. dierum cap. VIII. p. m. 123. ſeqq.

obambulantes, pudicitiæ ac ſaluti infeſtus erat, nam abreptas deferebat ſub undas; Addit denique, eodem ævo Nereidem corpore ſquamis hirto ad pubem usque, cæteris in locuſtæ caudam deſinentibus, in Peleponeſſo poſt fœdam maris tempeſtatem alliſam ad littus, viſam â Theodoro Gaza, & aliam in undis laſcivientem viſam â Gregorio Trapezuntio. *Vives* quoque (m) annis XII. antequam ea ſcriberet, captum in Batavia marinum hominem memorat, quem refert viſum â quamplurimis, ac detentum eſſe ſupra duos annos mutum, & jam fari incipientem, remiſſum eſſe in mare, occaſione peſtilentiæ, qua bis ictus fuerat. *Damianus â Goes* etiam (n) multa hanc

(m) Lib. II. fidei Chriſtianæ p.m. 216.
(n) in Deſcriptione urbis Olip: non multum ab initio, continetur Tomo II. Rerum Hiſpanicarum.

hanc in rem recentia exempla refert, & præter cætera, cujuſdam, qui piſces hamo captans, prædam in aridum ſcopulæ anfractum projiciebat, interdum vero nudum adoleſcentem imberbemque inibi conſpicatus, ratus aliquem eſſe ex incolis, quos ibi frequenter nare ſolitos non ignorabat, tandem advertit, piſces ab illo manu captos & ori admotos eſſitari, itaque accurrens injuriam ulturus, deluſus eſt a cachinnante, & ſe non terreſtrem, qualis putabatur, hominem prodente. Adjicio denique hiſce ea, quæ ſuperioribus annis nobis Novellæ nunciarunt. (o) Was von vielen für eine Fabel iſt gehalten worden / ſcheinet nun in Dennemarck für die auffrichti-

(o) vide Schauplatz des Krieges / auffgerichtet in denen vereinigten Niederlanden Parte I. p. m. 119.

richtige Wahrheit zu paſſiren, ob Meer-Mäñer oder Weiber in der See zu findẽ / oder nicht? Uber dieſer Sache ſind im Monat Auguſto 1669. vierzehen Schiffſahrende Leute (deren einige daſelbſt Bürger und Eingeſeſſene waren) zu Kopenhagen unterfraget worden / welche bejaheten / daß ſie zwiſchen Malmoe und itzt-erwehnter Stadt hätten ein See-Weib oder Waſſer-Nymphe durch die See ſchwimmen geſehen / und wäre der Hinter-Leib als das hinter Theil eines Fiſches / der Ober-Leib aber / als ein wol formirte Frau geſtalt geweſen / mit ſchwartzen Augen / vollkommenen Brüſten / weiſſen Händen / ſo als ſie ein Weibsbild haben möchte. Sie hatten in ſahren dieſes See-Weib nicht über vier Schritte vor ihren Schiffs-

Por-

Porte / fuhr aber mit einigen Geſchrey wieder hinunter. Als ſie aber einige Stück Brod in die See worffen / kam es wieder oben / ſpielte mit dem Brod / warff es in die Höhe / und fieng es wieder. Endlich ſanck es wieder unter / und ſie ſahens nicht mehr.

Plura etiam congerunt *Rhamuſius* (p) *Hector Boetius* (q) *Rondellus* (r) *Plinius* (ſ) *Lib. Giraldus* (t) *Jul. Caeſ. Scaliger* (u) *Serarius* (x) *Hiſtoria Societatis* (y) *Schottus* (z)

F4 *Sim.*

(p) Tomo I. Itin. in fine Diſſert. ad Hannonis navigat. (q) in Scotiæ deſcriptione circa medium. (r) Parte I. Lib. XVI. de piſcibus cap. XX. XXI. XXII. (ſ) Lib. IX. cap. V. (t) Syntagm. Hiſt. Deorum p. m. 230. (u) exercit. CCXXVI. n. 12. p. 712. (x) in cap. XVI. Judicum. (y) parte II. Lib. IV. n. 276. (z) Phyſ. cur. Lib. III. de mirab. hominum.

Sim. Majolus (aa) *Fortun. Licetus* (bb) *Olaus Magnus* (cc) *Democritus Junior* (dd) *Kornmannus* (ee) *Joh. Jonſtonus* (ff) & *Geſnerus**, ut ſic de veritate exiſtentiæ Nereidum dubitare non liceat.

§. 10. Sed, ſi quæratur: Quid de illis habendum ſit, diſſentiunt inter ſe autores. *Baronius* namque (gg) *Monſtra marina eſſe* dicit, *ex Commixtione hominum cum piſcibus orta.*

(aa) Dierum canicul. Tomo I. Colloquio IX. (bb) de monſtris Lib. II. cap. LXXXVI. (cc) de Gent. Septentr. Lib. XX. cap. XVIII. p. 528. (dd) in the Anatomy of Melancholy Parte I. Sect. II. p. 47. (ee) in Templo naturæ Hiſtor. parte III. concluſ XI. XII. p. 112. ſeqq. (ff) in Hiſtora naturali de piſcibus Tit. III. cap. I. * in hiſtoria aquatilium Lib. IV. Tit. de hominibus marinis. (gg) Annalium Tomo III. anno Chriſti 343. n 3. p. m. 571.

orta. Philipp. Theop. Paracelſus (hh) *Joh. Lud. Vives* (ii) & *Kornmannus* (ll) pro *hominibus* habent. *Caſpar Schottus* vero (mm) *Mich. Watſon* (nn) & alii, *ſpectra Diabolica eſſe*, docent.

§. 11. Et ſanè, ſi dicendum quod res eſt, tales Nymphas homines vere & propriè tales eſſe, vix crediderim. Adeone enim homo, *cui à DEO conditore*, ut rectè *Plinius* (oo) notat, *terra habitationi*

(hh) ita de eo referunt Godelmannus Lib. II. de magis & venef. cap. IV. n. 17. & Gaſp. Schottus Phyſ. curioſ. Lib. I. cap. XXXVIII. (ii) de veritate fidei Chriſtianæ Lib. II. p. m. 217. (ll) in templo naturæ hiſtorico parte III. (mm) Phyſ. curioſ. Lib. I. & II. de Mirab. ſpectrorum. (nn) in Unione ſapient. parte II. Sect. III. cap. VIII. n. 2. (oo) Hiſt. Nat. Lib. IX. cap. V.

data eſt; quem ſociabilem natura eſſe voluit & ratio, omni terricolarum conſortio ſe ſubducere poteſt & fluctibus addicere; imo tam diu in aquis delitescere, ut omnem etiam linguæ uſum perdat? Largior quidem, fuiſſe vel hodiernum reperiri quoque aliquos, qui tantopere ſint natatui dediti, ut ægrè extra aquas vivant, cujus rei exempla ex *Alexandro ab Alexandro* (pp) *Simone Majolo* (qq) *Kranzio* (rr) *Keckermanno* (ſſ) & *Lud. Vive*(tt) depromi poſſunt. Sed continuum, nullis vicibus interruptum maris incolatum homini concedere, ipſa ejus indigentia, quippe craſ-

(pp) Gen. Dier. Lib. II. cap. XXI. p. 83. (qq) Dier. Canicul. Tomo II. Colloquio II. (rr) in Norvegia Lib. V. cap. VIII. (ſſ) Lib. II. de veritate fidei. (tt) Lib. II. de verit. fid. Chriſt.

craſſiori reſpiratione opus habens, non permittit,

§. 12. Nec animum quoque induco meum, ut cum *Baronio* pro talibus monſtris marinis habeam, quæ ex commixtione hominum cum piſcibus orta ſunt. Nam, ſit ita, quod *Cardanus* ex Volaterano refert (uu) *ex cane & muliere natum infantem, forma humanâ in ſuperiori parte.* Similiter ex homine & vacca, ſive aſina, prolem prodiiſſe, quod *Fort. Licetus* (xx) *Joh. Bapt. Porta* (yy) *Gaſpar. Schottus* (zz) & *Sim. Majolus* (aaa) ſcribunt, non tamen ſtatim neceſ-

(uu) de Variet. Rerum Lib. XIV. cap. ult. p. m. 948. (xx) de Monſtris Lib. II. cap. LXVIII. (yy) Mag. Natur. Lib. II. de animalium commiſtione p. m. 76. (zz) Phyſ. Curioſ. Lib. III. de mirabilibus hominum cap. V. (aaa) Dierum Canicul Parte II. colloquio III.

ſe eſt, ut ad talia monſtra ex diverſis ſpeciebus mixta, hic quoque fugiamus; Cum & natura ipſa, in una eademque ſpecie, animalia quædam, figura & moribus hominibus haud abſimilia, conſtituat; qualia ſunt ſimiæ. Nimirum, *gaudet natura*, ut verba *Schotti* (bbb) mea faciam, *hujusmodi ludibriis, &, ut omnia in omnibus eſſe intendit, ita pro conditione ſingulis entium gradibus laborat quantum poteſt: Ut, ſi non ſenſum, ſaltem vitam; ſi non vitam, ſaltim figuram nudam iis, ad ſuam in univerſi decoris majeſtatem atteſtandam, imprimat. Appetunt enim omnia ultimam ſui perfectionem & potiſſimum ſimilem homini, qui eſt, poſt DEUM, immediatè rerum omnium finis, figuram. Quam, cum debitis naturæ clauſtris impedita conſequi non poſſint,* non-

(bbb) Itin. cap. I.

nonnulla quanta poſſunt, agunt, ut eandem, ſi non veram, ſaltim ſecundum analogiam quandam conſtitutam, conſequantur.

§. 15. Quamvis hæcce non ideo dicta velim, ac ſi omnes Nymphas & Undenas certum genus piſcium eſſe arbitrer; quin potius cum *Luthero* noſtro (ccc), *Zeilero* (ddd), & *Calovio* (eee), plurimas ad cacodæmonis præſtigias & illuſiones refero. Nam, ſi exempla theſibus præcedentibus allata conſideraverimus, multa in illis obſervabimus, quæ optimè in ſatanam quadrant. Quid enim impuro illi ſpiritui magis in deliciis eſt, quam obſcœnitas? Quo quæſo magis delectatur, quam mortalium interitu?

(ccc) explic. Evang. Dom. Oculi. (ddd) Epiſt. DLIII. p. m. 978. (eee) Syſt. Theol. Tomo. IV, art. I, cap. I. quæſt. III. p. 44.

tu? Quid jucundius ipſi, quam homines irritare, & ludere, & poſtea cachinno excipere?

§. 14. Sunt & tertio ſpectra, quæ in aere ſæpius videntur, unde multi, quod *Aug. Steuch. Eugubinus* (fff) ſcribit, Dæmones materia aereos eſſe opinati ſunt. Cui ſententiæ applaudit quoque *Paracelſus*, qui Dæmonum hæc genera ad hominum ſpecies reducit. **Nam, non veritus is conſtanter aſſeverare** (ggg): DEUM præter homines Adami poſteros, alia quatuor hominum genera, carne & oſſibus & ratione prædita creaſſe, eaque in ſingulis elementis ad inhabitandum collocaſſe, in quibus ſingula ſuam haberent rempublicam, & ex negociatione ac laboribus victum

&

(fff) Libro VIII. de perenni Philoſophia (ggg) Epiſtola ad Athenienſis ſive de occulta philoſophia.

& amictum ſibi compararent, & eos homines, qui in aere habitant, ſilphos ac Meluſinas dici.

§. 15. Verum, falſam hanc Paracelſi opinionem eſſe, omnis, qui recta pollet ratione, mecum confitebitur. Quis enim unquam per ſomnium cogitavit ejuſmodi homines, qui in igne vitam ſuſtinere poſſint? Unde namque impaſſibilitas carni & oſſibus, ut acutiſſima quæque vis ignium ea non penetrare valeat & abſumere penitus? Tum, qui per aerem ſine pennis volitarent, nullus novit, niſi qui ad Selenitas fortè ecſtaticum cum Luciano iter fecerit. Merito igitur, cum hæc Paracelſi ſententia â recta ratione & vera fide aliena ſit, quippe quæ de uno tantum hominum genere creato nos inſtruit, rejicitur. Aliter & ſcripturæ magis conforme *Godelmannus* aerem Dæ-

Dæmonum habitaculum eſſe, his verbis probat. *Præcipua*, inquit (hhh), *eſt Dæmonum in aere potentia, in quo circumvolitant & verſantur. Hoc Dominium eis tribuit Paulus, cum Diabolum* τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος *vocat*; Et *Honorius Auguſtodunenſis* (iii) *In aere commorantur Dæmones, cum tormento diem judicii præſtolantes, ex quo corpora ſumunt, dum hominibus apparent.* Qui vero exempla de ſpectris aereis deſiderat, conferat huc pro lubitu *Barth.* Anhorn (lll) & *Kornmannum* (mmm).

§. 16. Sunt & quarto ſpectra, quæ

(hhh) Lib. II. cap. VI. de lamiis p. 93. §. 13. (iii) Lib. I. de Imagine mundi cap. LIII. continetur Bibliotheca Maxima Veterum patrum Tomo XX. p. 973. B. (lll) in Magiologia p. 293. 294. (mmm) Templo nat. Hiſt. parte II. conſiderat. VI. & VII. p. 74. ſeqq.

quæ ſub terra degunt. An vero homines ſubterraneos ab illis diſtinguere liceat, quod præter *Paracelſum* (nnn) & *Kornmannum* (ooo) *Kircherus* quoque facit (ppp), equidem ignoro. Probabilius ſanè eſt, & iſtos putatitios homines ſpectra quoque eſſe. Scribit autem de illis *Gregorius Agricola* (qqq) ita: *Occurrit duplex horum Dæmunculorum genus, unum aſperum, ferum, vultu terrificum, quod ſnebergium vocant, quod, ubi concitatum fuerit, maxima ruina foſſores involvit; ſunt deinde mites quidam Dæmones, quos Germanorum alii, uti & jam Græci, Cobalos vocant, eò, quod hominum ſint imitatores. Nam, quaſi*

læti-

(nnn) l. c. (ooo) l. c. (ppp) in mundo ſubterraneo Lib. VIII. Sect. IV. cap. II. (qqq) Lib. de animalibus ſubterraneis, qui ſubnexus ipſius libris de rebus metallicis p. m. 538.

lætitia geſtientes rident, multa videntur facere, cum prorſus nihil faciant. Alii vocant virunculos montanos Berg-Männlein, *ſignificantes ſtaturam qua plerique ſunt, nempè nani tres dodrantes longi. Videntur autem eſſe ſeneciores, & veſtiti more metallicorum, id eſt, vittato induſio, & corio circa lumbos dependente, induti. Hi damnum dare metallicis non ſolent, ſed vagantur in puteis & caniculis, & , cum nihil agant, in omni laborum genere ſe exercere videntur, quaſi modo fodiant venas, modo in vaſa, quod effoſum eſt, infundant, modo verſent machinam tractoriam: Quamvis vero interdum glareis laceſſant operarios, rariſſimè tamen eos lædunt, nec lædunt unquam, niſi prius ipſi cachinno fuerint aut maledicto laceſsiti.* Plura de his habent *Olaus Magnus* (rrr) *Abr.*

(rrr) de Gent. Septentr. Lib. VI. cap. IX. p. m. 223.

Abr. Seidelius (ſſſ) *Munſterus* (ttt) *Laurentius Ananias* (uuu) *Mart. DelRio*(xxx)&*Petrus Thyræus*(yyy). Quid vero de talibus Pygmæis ſive Dæmunculis ſubterraneis ſit habendum, doctè, quamvis ex parte inter ſe diſſentientes, examinant, *Kircherus* (zzz) & *Poſnerus* (aaaa).

§. 17. Dantur denique ſpectra, quæ ſupra terram degunt, de quibus jam paſſim hoc in tractatulo egimus. Sunt autem alia in ſylvis, quæ poetis & aliis ſcriptoribus *Saty-*

(ſſſ) in Pneumatologia ſua (ttt) Lib. I. Cosmographiæ cap. XV. p. m. 12. (uuu) Lib. IV. de Dæmonum natura (xxx) Diſquiſit. Mag. Lib. II quæſt. XXVII. Sect. II. (yyy) de locis infeſtis parte I. cap. I. & XIV. (zzz) in mundo ſubterraneo Lib. VIII. Sect. IV. cap. IV. p. m. 191. (aaaa) peculiari differt. de Dæmonibus metallicis virunculorum ſpecie apparentibus.

Satyri & *Fauni* dicuntur, (nullam enim differentiam inter illos eſſe, annotat *Matth. Martini* (bbbb)) de quibus refert *G. Caſp. Kirchmayerus* (cccc): *Anno* 1660. *ſext. id. Novemb. in Hibernia* (zu Cleonebrid im Cloniſchen Walde) *Sylveſtrem quendam nudum & toto corpore hirſutum marem, quem ſatyri nomine Poetæ ſalutarunt, venatione cinctum eſſe & interceptum.* Multa etiam de illis ſcribunt *Plinius* (dddd) *Solinus* (eeee) *Iſidorus* (ffff) *Philoſtratus* (gggg) *Diod. Siculus* (hhhh) *Euſebius* (iiii) *Sabel-*

(bbbb) Lex. Philolog. p. m. 798. (cccc) Tract. de Baſiliſco &c. p. m. 119. (dddd) Lib. VII. Ep. 27. VIII. 54. (eeee) Polyhiſtore cap. XL. & XLIV. (ffff) Lib. XII. cap. 2. (gggg) Lib. VI. (hhhh) Bibl. Hiſt. Lib. I. cap. XVIII. (iiii) præparat. Evang. cap. 2.

Sabellicus (llll), *Valerius Maximus* (mmmm), *Plutarchus*(nnnn), *Suetonius*(oooo), *Wierus*(pppp), *Alexander ab Alexandro* (qqqq), *Petr' Thyræus*(rrrr), *Camerarius*(ſſſſ), *Gaſp. Schottus*(tttt), *Simon Majolus*(uuuu), *Joh. Boemus* (xxxx), *Olaus Magnus* (yyyy), *Kornmannus* (zzzz), & *Macro-*

(llll) Lib. VII. Enneid. 2. (mmmm) Lib. I. cap. VIII. (nnnn) in Sylla p. m. 143. (oooo) in Caligula. (pppp) de præſtigiis Dæmonum cap. XV. (qqqq) Lib. II Genial. Dierum cap. IX. (rrrr) de locis infeſtis (ſſſſ) hor. ſubciſiv. cap. LXX. & LXXIII. (tttt) Phyſ. curioſ p. m. 340. 341. (uuuu) Dierum Canicul. Tom. VII. p. m. 6.7. (xxxx) Lib. II. de moribus, Legibus, & Ritibus omnium gentium p. m. 112. (yyyy) de Gent. Septentr. Lib. III. cap. XI. (zzzz) Templo naturæ hiſtorico, parte IV. p. 171.

crobius (aaaaa). Ut proinde, dari illos, nullum amplius dubium eſſe poſſit.

§. 18. Et licet quidem non negem, talia monſtra naturalia quoque interdum reperta fuiſſe, quandoquidem & *Hieronymus* teſtatur (bbbbb), *hujuſmodi Satyri cadaver ex urbe Alexandria ſale conditum, ut ab Imperatore videretur, Antiochiam fuiſſe allatum.* Tantum tamen abeſt, ut cum *Joh. Gerſonio* (ccccc) pro hominibus habeam, ut potius cum *Danhauero* noſtro (ddddd) *Haud improbabile eſſe arbitrer, πανοῦργον illum ſpiritum, interdum eandem Satyrorum faciem imitari.*

(aaaaa) Lib. I. Saturnal. cap. XVIII. (bbbbb) in vita Pauli Eremitæ (ccccc) Operum Tomo I. ſermone in die S. Antonii p. m. 323. e. (ddddd) Hodoſophiæ Phænom. IV. p. m. 410.

mitari. Cum enim bruta animalia, à quibus omnis abeſt ratio, DEUm ſe colere geſtibus & verbis teſtari non poſſint, multo minus, quod nec homo poteſt, alterius conſpectui in momento ſe ita ſubducere, ut ſint inviſibilia, utrumque autem Satyrum ſive Faunum præſtitiſſe, *Baronius* (eeeee) referat, non dubito cum *Matth. Martini*, (fffff) *quin talis Satyrus ſit Diabolus, ſive fera aſſumptâ figura, ſive per eam ſermonem & geſtus edens, ut in Paradiſo per ſerpentem.*

§. 19. Alia quoq; ſpectra ſunt, quæ in domibus ut plurimum noctu vagantur, Latinis *Nigri Lemures*, aliis *Penates* vel *Lares*, Germanis vero Poltergeiſter dicta. Hi ſpiritus olim in multorum ædibus cole-

(eeeee) Annal. Tom. III. anno Chriſti 343 p. m. 571. § 4. ſeqq. (fffff) Lex. Philolog. p. m. 3414. & 3415.

colebantur, erant autem obſequioſiſſimi hominibus, noctu omnia in ordinem redigebant, vaſa impura mundabant, aquam apportabant &c. nec ſemper videbantur, ſed ex operationibus, ipſorum præſentia innoteſcebat, pro labore autem ſuo, certum appoſitum cibum, tanquam mercedem debitam accipiebant. Multum de illis referunt paſſim *Lutherus*, *Sim. Majolus*(ggggg), & *Petrus Greg. Tolozanus* (hhhhh). Variorum quoque teſtimonia hanc in rem congeſſere *Wencesl. Sturmius* (iiiii) *Anonymi Magica* (lllll) *Mich. Freudius* (mmmmm) *Bartholom.* Anhorn (nnnnn)

(ggggg) Dierum Canicul. Tomo. II. colloq. II. p. 181. (hhhhh) Lib. VII. cap. XIV. (iiiii) prompt. exempl. ad præcept. 2. (lllll) Lib. I. p. m. 44. (mmmmm) in den Gewiſſens-Fragen quæſt. XLVII.

(nnnnn) & *Fr Joh. Nider* (ooooo) unde pluribus hæc deducere, ne tractatus in molem excreſcat, nolo.

§. 20. Notamus vero hic porro; Licet ſpectra in aquis, aere, igne, ſub & ſupra terram videantur, non tamen in omnibus oris æque multa conſpici. Sane in *Batavia* & *Anglia* rariſſimè ſpectra hodierno tempore apparere, inde forſan aliquis concludere poſſet; quod inhabitatores illorum exiſtentiam ut plurimum reddunt dubiam; Nam, ſi ſpectra in illis locis conſpicerentur, non dubito, quin mitiores ſuæ ſententiæ propugnatores forent. Contra vero in *Holſatia*, & quam maxime in illo tractu, quem *Eiderſtadium* vocamus, ſæpiſſimè ſpectra apparere,

(nnnnn) in Magiolologia p. 299.
(ooooo) Mallei Malef. Tomo I. p. m. 709. ſeqq.

uno ore incolæ fatentur omnes, & teſtimonia hujus rei manuſcripta, magno cumulo â viris fide dignis congeſta, in Bibliotheca ſua aſſervat, Vir Plur. Rev. Dnus Magiſt. *Gieſe*, Paſtor Eccleſiæ Kilonienſis Primarius, Fautor meus ſemper æſtimatiſſimus. Sic etiam teſtibus *Ludov. Vive* (ppppp) *Gerh. Joh. Voſſio* (qqqqq) *Cardano* (rrrrr) *Olao Magno* (ſſſſſ) & *Peucero* (ttttt) apud gentes novi orbis & apud ſeptentrionales, imprimis Islandos & Lappos ſpectra familiariter graſſantur. Quæris cauſam? Confer examinantes illam Theologos *Gisbertum Voetium* (uuuuu) *Hect. Gotfr. Ma-*

(ppppp) Lib. I. de verit. Fidei. (qqqqq) Lib. I. de orig. & progreſſ. Idololatr. cap. XVI. (rrrrr) Lib. XVI. de rerum varietate (ſſſſſ) de Gent. Septent. Lib. II. cap. 3. (ttttt) Comment de Div. generibus.

Maſium (xxxxx) *Lavaterum* (yyyyy) *Danhauerum* (zzzzz) & alios.

CAP. V.

Inquirit ſubjecta quibus conſpicua ut plurimum & infeſta ſunt ſpectra.

Conſpectus.

§. 1. Spiritus, propriè dictus, videri non poteſt §. 2. ſpectra tamen videntur §. 3. 4. Sed non niſi in corporibus aſſumptis, quæ deſcribuntur. §. 5. Conſpiciuntur ſpectra ab animalibus æquè ac §. 6. ab hominibus piis & impiis.

(uuuuu) Diſput. Select. Vol. I. de Spectris p. 1008. (xxxxx) Diſſert. de exiſtentia Dæmonis, quæ annexa ejus tractatui de Diis obotritis. (yyyyy) Parte III. de ſpectris cap. II. p. 226. (zzzzz) Theol. Conſcient. Parte II. Dialogo VII. p. m. 449.

piis. §. 7. Eadem infeſta ſæpius ſunt puerperis, ubi de infantibus ſuppoſititiis, vulgo Wechſelbälge §. 8. Spectra in corporibus aſſumptis ne quidem ab omnibus videri poſſunt, §. 9. quod probatur teſtimonio *Lavateri* §. 10. & exemplo *Remigii* §. 11. Vulgi, §. 12. Aliorum, §. 13. Rabbinorum & §. 14. *Martini DelRio* fundamenta & opiniones examinantur.

§. 1.

SPectra, cum ſint, juxta caput ſecundum, *Spiritus*; Immotæ certitudinis res eſt, quod ſecundum eſſentiam non poſſint videri. Nam, cum potentia nunquam excedat adæquatum ſuum objectum, neque fieri poſſit, ut potentia circa aliquid actum ſuum exſerat, quod ſub objecto ſuo adæquato non contineatur; Et vero, objectum

jectum corporei viſus, ſecundum totam ſuam latitudinem, ratione *corporis viſibilis* circumſcribatur; neceſſario ſequitur, ſpiritualem & incorpoream eſſentiam, (qualis, ut dixi, ſpectrum eſt) ab oculo corporeo attingi non poſſe; ut hæc pluribus ex Vaſquezio perſequitur Magnificus Dnus Doct. *Kortholt* Procancellarius Academiæ Kilonienſis Graviſſimus (a); & Excell. Dnus Doct. *Morhofius* (b) dum de paradoxis viſus agit, inter alia, *non* inquit, *niſi corpora, quatenus lucem & colorem habent, objecta viſus eſſe poſſunt. Excluduntur itaque*, pergit, *ſpiritus, & quicquid ad illorum familiam pertinet*, & (c) *ſit itaque*

G 3 *fir-*

(a) Differt. de modo, quo Divina Eſſentia ab homine cognoſci poteſt, olim Jenæ 1657. habita. (b) Differt. ſupra allegata de paradoxis ſenſuum. (c) poſt tres paginas.

firmum, quod primo loco ponebamus: ſpiritus per ſe non eſſe objectum viſus. Non enim παραδοξολογεῖν, ſed falſa dicere videntur, qui contraria ſunt ſententia.

§. 2. Verum iiſdem non obſtat, quod in capite hoc quinto ſpectra conſpici dicam, nam, vera eſſe hæc, experientia docet. Ut igitur diſtinctè hic procedam, tria nunc obſervanda & examinanda veniunt. (1.) quomodo ſpectra poſſint videri, (2.) quibus conſpicua ſint, & (3.) quæ ſit cauſa quod non ab omnibus æquè conſpiciantur?

§. 3. Ad primum dico, ſpectra videri poſſe, ſed non, niſi in corporibus aſſumptis. Dum autem in illis apparent, corpora talia, uti ſecundo jam capite monui, ipſis non ſunt eſſentialia, ſed accidentalia, ita, ut pro lubitu ea aſſumere,

re, pro lubitu quoque deponere poſſint. Sunt & ſecundo corpora illa aſſumpta in duplici differentia; alia nempè ſunt ſubtiliora, & ideo non tam clarè in viſum incurrentia, alia vero craſſiora, magis perſpicua, & minus penetrabilia. Utrorumque miniſterio ſpectra utuntur. Sæpius enim apparent ita, ut quidem videantur, ſed evaneſcant, corporaque aſſumpta iterum diſſolvant, & ſic haud improbabile eſt, quod ſcribit *Antonius Le Grand:* (d) quod *aerea ſibi corpora aſſumant, quæ propria induſtria effingant, & è vaporibus & exhalationibus compacta, ſibi pro inſtituti ratione adaptent.* Nec tamen, dum hoc faciunt, corpora illa creant, ſed tantum materiam illam præexiſtentem habilem, ad ſui commodum

G 4 ada-

(d) In Inſtit. Philoſoph. p. m. 151. §. 3.

adaptant, prout artificem ex ligno præexiſtente effigiem ſibi fabricare novimus.

§. 4. Interdum vero Dæmones apparent, non quidem novum corpus ex aere formantes, ſed tamen corpora illa, quæ jam ante aſſumptionem ſuam habebant extenſionem debitam, efficientes, ut pro varia luminis reflexione aut refractione, alterius figuræ, ſitus, ac etiam molis appareant, quam revera ſunt. Ea ratione Dæmon, referente *Guilielmo Pariſienſi* (e) militem, aſſumpto beſtiæ cadavere, deluſit, *qui, cum ſe formoſa virgine potitum arbitraretur, ſe in amplexu cadaveris belluini tale ſoluti, fœdisſimè jacentem invenit.*

§. 5. Quod ſecundo ſubjecta attinet, quibus ſpectra conſpicua & infeſta ſint, obſervamus merito, illa

(e) Parte ultima de univerſo.

la non ſolum ratione prædita, ſed & ejuſdem expertia eſſe. *Quædam enim, ut Schererzius inquit,* (f) *inſultant animalibus, ut equis, vaccis, canibus. Nam quia DEUS in homines ibi degentes ipſis non conceſſit poteſtatem, ut eos affligant, ideoque animalia bruta tangunt, iisque moleſtias creant, ſicut audiuntur ſæpè equi in ſtabulis cum impetu hinnire & reſultare, vaccæ boare, & ſe vehementiùs commovere, invicemque cornibus decertare, ac inveniuntur, manè ſudorem inconſuetum emiſiſſe. Sic canes domeſtici quidam audiuntur noctu quaſi ad mortem ſaltu & latratu cum ſpectris concertare, qui deinde per aliquot dies ſine cibi appetitu quaſi ſemimortui propter accepta à dæmone ver-*

G 5

(f) in libello Conſolatorio de ſpectris cap. I. de gradibus ſpectrorum.

verbera, & labores in concertatione exhauſtos decumbunt.

§. 6. In ſubjectis vero ratione præditis, ſive hominibus, notant Theologi, non impios ſolum, ſed pios quoque â ſpectris infeſtari, quod ipſum Vir Max. Rev. Dnus Doct. *Mayer* (g) exemplo Jobi, & *Brochmandus* (h) exemplo Chriſti, probant. Notabile quoque eſt, quod jam citatꝰ *Schererzius* (i) obſervavit, ſpectra nempè puerperis præ aliis ita moleſta eſſe, ut etiam infantes recens natos ſuffurentur, aliis ſuppoſititiis in locum verorum conjectis, quos Germani Wechſelbälge/ & Saxones Külkröpffe vocant. Merentur ejus verba, ut appo-

(g) in Noctibus Chriſtianis p. m. 29.
(h) in Relig. Chriſt. articulo, qui eſt de Angelis bonis & malis quæſt. XVIII. (i) in libello conſolatorio de ſpectris cap. VI.

ponantur: *Dum conſiderationes haſce ſcribo*, inquit(l), *puerperæ cuidam inter meos auditores hic caſus obtigit. Cubabat eodem in hypocauſto vidua quædam decrepita, paulò pòſt placidè mortua, quæ cùm internis in conſcientiâ, tum externis ſpectrorum tentationibus miſerè concutiebatur, quam etiam ex officio per verbum DEI erigere indies & conſolari, meum erat. Hæc vidua poſt paroxiſmos interdum corpore & mente ſubantlatos puerperam iſtam hoſpitam ſuam affinitate ſibi junctam monebat, ne mediâ nocte dormiret, ſed accuratè vigilaret, aliquid enim eſſe infantem abrepturum. Poſt aliquos dies circà duodecimam nocturnam ſpectrum ſuper puerperam ingenti mole ſe volvit, & revolvit, quod & infantem abſtuliſſet, niſi illa memor monitionis ambobus brachiis in-*

(l) *c*. Alleg.

infantem fortiter retinuiſſet. Vide ex aſſe conſentientes cum hoc *Sperlingium* (m) *Mart. DelRio*(n) *Petr. Le Loyherium* (o) *Malleum Maleficarum* (p) *Wolfg. Hildebrandum* (q) *Joh. Ellingerum* (r) *Anonymi Hiſtoriam ſpectrorum* (ſ) & *Zeilerum* (t).

§. 8. Sed, ut ὕϛερον πρότερον committam, quæris tertio: Si ſpectrum, dum videtur, verum aliquod corpus aſſumit, qua ratione evenit, ut non ab omnibus æque videatur, cum tamen corpus illud aſſum-

(m) Inſtit. Phyſ. Lib. II. quæſt. XII. (n) Diſquiſit. Mag. Lib. III. parte I. quæſt. I. (o) Lib. I. de ſpectris, cap. V. (p) Tomo II. cap. X. p. m. 84. 85. (q) In Goetia, ſive Theurgia p. 106. ſeqq. (r) in der Hexen Coppel cap. XIV. p. 35. ſeqq. (ſ) Lib. I. §. 170. p. 128. (t) in der 553. Epiſtel p. m. 877.

aſſumptum, juxta theſin primam hujus capitis, ſit objectum adæquatum potentiæ viſivæ, quæ omnium oculis ineſt? Qui fit igitur, ut ſæpè à duobus vel pluribus hominibus ſibi invicem adſtantibus ab uno ſpectrum videatur, ab altero non?

§. 9. Movet quidem *Lavaterus* quoque hoc dubium ſcribens; *Sæpè fieri, ut aliquis clariſſimè aliquid vel videat, vel audiat, alter, qui ei adſtat, vel eum comitatur, nihil videat, nihil audiat* (u) ſed quæſtionem non ſolvit.

§. 10. Exemplum vero huc faciens adducit *Remigius*, *Veneficam quandam*, inquiens (x), *ſic premebam dictis teſtium, ut jam effugio, aut tergiverſationi locus nullus ei relin-*

(u) parte prima de ſpectris p. 102.
(x) Lib. III. Dæmonolatr. cap. XI. p.m. 369.

linqueretur: Itaque ſe ob id comparaverat, ut admiſſa omnia ſua velle patefacere videretur, cum illi in vultu colores ſubito immutari, oculi in adverſum carceris angulum cum ſtupore defigi: Oratio, mens denique ipſa cœpit excidere. Rogo, ecquis ipſam morbus adeo repente invaſiſſet? Reſpondet, ex illius anguli ſuperiori parte videre ſe magiſtellum ſuum, manus ſibi ferociter oſtentantem, quales habent cancri biſurcas, ac dentatas: Jamque involaturo ſimilem apparere. Eo oculos converto. Pergit illa obnixè intento etiam digito demonſtrare. Nihil adverto. Jubeo tamen præſenti eſſe animo: multa & ſecure, & confidenter in magiſtelli illius contemptum faſtidiumque præfatus. Ex eo igitur timore jam ſe collegerat, ac pergebat de ſe narrare, quæ ante occeperat. Cum denuo ex alto angulo prominentem illum enor-

normiter advertit, mutata jam perſona, ut qui ſcenæ alicui ſerviunt, ac rectis cornibus inſtructa fronte, quaſi eam illico iis eſſet impetiturus, ſed rurſum deriſus, ac etiam convitiis proſciſſus abiit. Plura exempla, huc facientia, peti poſſunt ex *Thyræo* (y). Ex quibus, ſimilibuſve, ſpectra ſæpius ab uno adſtantium videri, ab altero non, ad oculum patet.

§. 11. Nimirum, ſunt, qui, ex vulgo præſertim, *diei nativitatis* cauſam illam adſcribunt, ſtatuentes: Homines diebus Solis & Jovis natos, vulgo Die Sontags- und Donnerſtags-Kinder, ſpectra videre poſſe, non autem alios. Sunt &, qui illis hominibus, quorum natalis in Angariis incidit (ita vocant quatuor anni tempora), plura ſpectra

(y) Lib. I. de Apparit. ſpirituum c. XIV. p. m. 60.

ctra apparere, quam alio tempore in lucem editis, dicunt, ut *Lavaterus* ita refert (z). Alii, liberos ex utero materno exciſos, quos vulgo ungebohrne Kinder vocamus, ſpectra videre præ aliis poſſe autumant. Sed, cum hæc omnia eodem fundamento, quo aſſeruntur, rejici poſſint; abundet hic, qui velit, ſuo ſenſu.

§. 12. Porro ſunt, qui *potentia oculorum naturali* cauſam illam diverſæ viſionis aſſignant. Nimirum hi putant, quod quibuſdam oculi ſint acutiores quam aliis, indeque hoc ipſum provenire aſſerunt; Obſervatum enim eſt, tales homines, â quibus ſpectra videntur, plerumque magnos, acutos, & apertos oculos habere. Hi igitur, non in die & modo nativitatis, ſed in ſubjecto cui viſus ineſt, &

(z) parte I. de ſpectris p. m. 107.

& à quo viſio peragitur, cauſam illam quærunt: Sed, nec hæc ratio magno nititur fundamento. Nam eſto: potentiam viſivam in quorundam oculis magnam eſſe, quod etiam non nego, cum experientia hoc doceat, & exempla varia eorum, qui noctu æque ac die videre, legere, hominesquè dignoſcere potuerint, adducant Magnif. Dnus Doct. *Kortholt* (aa) *Th. Bartholinus* (bb) *Joh: Jonſtonus* (cc) *Olaus Magnus* (dd) *Kornmannus* (ee) unumque ex Boyle, *Fr. Tert. de*

(aa) in Appendice de Tribus Impoſt. Magnis p. 233. 234. 235. (bb) de Luce Hominum & Brutorum Lib. I. cap. XIV. p. 105. ſeqq. (cc) in Thaumatographia naturali Tit. Admiranda hominum p. 482. articulo III. (dd) de Gent. Septentr. Lib. II. cap. XIV. p. m. 56. (ee) Libro de miraculis vivorum p. m. 75.

de Lanis (ff), imo, magis miratu dignum quoddam *Joh. Bapt. von Helmont*, qui *dari noctambulones*, ſcribit (gg), *qui palpebris clauſis, ſub denſis tenebris videre poſſint.* Eſto, inquam, hæc. An vero ideo, potentia hæc naturalis, quæ quorundam oculis ineſt, debilem illam potentiam in aliis auferre ita poteſt, ut verum corpus, quod tu accuratè & perfectè vides, alter, cui potentia debilis ineſt, in eadem, non adeo magna diſtantia, nullo modo, nec confuſe etiam videat?

§. 13. Alii proinde naturam arte juvantes, hanc fovent opinionem, quod, licet quidem Dæmones ordinariè viſu attingi non poſſint, ſi ta-

(ff) in Magiſter. Naturæ & Artis parte II. p. m. 47. b. (gg) in Orta Medicinæ: Tit. de Formatum ortu p. m. 88. §. 53.

tamen aliquod medicamentum oculis applicetur, facile hoc fieri poſſe. Nam Rabbini (ut mentionem de iis facit Dnus *D. Morhofius* (hh) *ſingulare parant pro videndis Dæmonibus collyrium, quod horribile ſecretum nos nuper docuit Clariſſimus Wagenſeilius in ſota 482. ſi cui oculis Dæmones uſurpare lubido ſit, huic capienda ſecundina felis fæminæ nigræ primo partu â matre primogenita edita, ea comburenda atque redigenda eſt in pulverem minutiſſimum, iſte pulvis oculis inſperſus, faciet, ut Dæmones ſint viſibiles. Cæterum ſervari iſtum pulverem oportet, in caniculo ferreo, ferreo annulo obſignato, ne quid exinde ſuffurentur Dæmones, os quoque canalis probè obturandum, ut omne caveatur periculum.*

(h) Diſſert. de Paradoxis ſenſuum, cap. II. de Paradoxis viſus.

lum. Quanto conatu, quantæ nugæ!

§ 14. *Martinus DelRio* contra in quæſtione: Quomodo poſſit Dæmon ſe corporeis oculis, cum ſit incorporeus, viſibilem præbere? majori probabilitate modum, quo Diabolus hæc præſtare poſſit, his verbis proponit (ii): *Poteſt autem diabolus, quando in aſſumpto corpore apparet, videri: & quando loquitur, audiri, â quibus tantum vult, cæteros verò latere îdque naturaliter. Si nempe quoad nonnullos, & non quoad alios ex parte organi, vel objecti adferat aliquando impedimentum, ut ſi medium impediat ita, ut per illud ſpecies ad oculum vel auditum non perferantur, vel ſi ipſas ſimilitudines, prohibeat, vel quos latere vult, in extaſim rapiat; ad alios*

(ii) Diſquiſit. Mag. Lib. II. quæſt. XXVIII. Sect. III. â fine.

lios vero, à quibus audiri & videri vult, ſinat ſimulacra & ſonos liberè commeare, & imaginationem eorum ad alia nulla abducat.

§. 15. Quam ſententiam *Del-Rio*, etſi falſitatis ſimpliciter arguere nolim, cum Diabolum ex permiſſu Divino, vel ſubjectum, vel medium vel objectum viſionis turbare poſſe non negem, quia tamen nimiam ſatanæ poteſtatem tribuere videtur, tutius dictum putem, ſi cauſam diverſæ apparitionis potius ſingulari directioni Divinæ, quam arti Diabolicæ, vel homini ipſi, vel diei, tempori & modo nativitatis tribuamus, ita, ut ordinariè, quando ſpectrum apparet, neceſſariò ab omnibus, quibus potentia viſiva ineſt, videri poſſe & debere dicamus. Quia autem DEUS noſtræ imbecillitatis optimè conſcius,

ſcius, pro benigna ſua Miſericordia permittere nolit; ut omnibus æque terror incutiatur, inde provenire per ſingularem directionem Divinā, quò aliquod mediū injiciatur, ita, ut ab uno ſpectrum videatur, ab altero non. Conferat etiam qui velit, brevibus examinantes hanc quæſtionem: *Nic. Remigium* (ll) *Nicol. Jacquerium*(mm) & *Mich. Freudium* (nn).

CAP.

(ll) Lib. III. Dæmonolatr. cap. XI. p. m. 368. ſeqq. (mm) in Flagello Hæret. faſcinarior. cap. V. p. 28. & cap. VII. p. m. 48. ſeqq. (nn) In den Gewiſſens-Fragen Quæſt. XLI.

CAP. VI.

Varias apparitionum formas conſiderat.

Conſpectus.

§. 1. 2. Ipſæ variæ apparitionum formæ ſiſtuntur, & §. 3. examinantur. §. 4. *Auguſtinus Gibbon* cum aliis, perfecti hominis ſpeciem ſpectra aſſumere non poſſe, autumat §. 5. Cui contradicere videtur experientia quotidiana. §. 6. Nec columbæ forma Dæmonia uti poſſe, ſcribit *Mart. DelRio* §. 7. Id quod falſum eſſe, ex ipſo autore oſtenditur.

§. I.

ACcedimus ad caput ſextum, inque illo, varias ſpectrorum formas, in qui-

quibus communiter apparere ſoleant, conſideramus. Sic Pauſaniæ *Virginis* εἴδωλον objectum fuiſſe meminit *Peucerus* (a). Alteri Dæmon ſe conſpicuum præbens effigie *D. Pauli* adhortabatur ad S. Literarum lectionem, ut hoc ſpecioſo colore eum ab humaniorum literarum ſtudio abduceret, ſicque per inobedientiam e Religione expelleret ſcribit *Martinus DelRio* (b). Apparent ſpectra in forma *quadrupedum, avium, ſerpentum, inſectorum, hominum* quocunque habitu &c. ſcribit *Gisb. Voetius* (c). Variis ſub ſimulacris ſe ſiſtit Dæmon, ut *Frommannus* refert (d) & actoris ſcenici in-

(a) Comment. de Div. Gen. p. m. 108. (b) Diſquiſit. Mag. Lib. II. q. XXVIII. Sect. 2. (c) Diſput. ſelect. Vol. I. de ſpectris. (d) de faſcinat. Magica Lib. III. parte VI. cap. VII. p. m. 786.

ci inſtar exercitatiſſimi, in theatro mundi agit perſonam quamcunque, jam forma *juvenis* elegantis, vel *virginis formoſæ*, his, qui veneris delicias animo ſecuro verſant, apparet. Jam *nobilis*, jam *Ruſtici*, jam *mendici* perſonam mentitur,&, ut homines omnium horarum dantur & dicuntur, qui ſeriis pariter ac jocis ſe commendare optime didicerunt; ita Dæmones ſpiritus ſunt omnium ſtatuum, ætatum, & ſexus omnis, qui cuicunque per præſtigiatorias Metamorphoſes externa ſpecie ſe accommodant. In *mulieris* ſpecie ſe obtulit Curtio Ruſo; *Senis* macie & ſqualore confecti, Athenodoro Philoſopho, referente *Plinio ſecundo*(e), ſpecie *Grandis fæminæ*, nihil veſtitu aut facie â

H tra-

(e) Lib. VII. Epiſt. XXVII. conf. cap. I. §. 15.

tragica permutatæ furia Dioni apparuit apud *Plutarchum* (f).

§. 2. At omnes ferme formas, in quibus ſpectra communiter apparere ſolent, complectitur *Lavaterus* his verbis (g): apparent formæ brutorum animantium, nunc quadrupedum, ut *canis*, *porci*, *equi*, *hirci*, *catti*, *leporis*: Nunc volatilium vel ſerpentium, ut forma *corvi*, *noctuæ*, *Bubonis*, *Anguis*, *Draconis*. Aliquando ſpiritus forma grata & jucunda, aliquando horribili apparuerunt. Nunc viſus eſt aliquis equo vehi, nunc pedibus incedere, vel brachiis & pedibus niti. Nunc viſus eſt *Vir igneus* (h) nunc ſanguinolentus, nunc ventre diſſecto viſcera propendere viſa ſunt, interdum *umbra* ſola apparuit.

(f) in vita Dionis p.m.682. (g) parte I. de ſpectris p. 112. (h) conf. cap. IV. §. 6.

ruit (i), aliquando manus, aliquando inſtrumentum aliquod, puta baculus, gladius, aut ſimile aliquid quod ſpectrum in manibus habuit, aliquando apparuit inſtar *ardentis faſcis ſtraminis*, in qua ultima forma Luthero quoque ſpectrum apparuiſſe, his verbis ipſe indicat: Der Teuffel zeucht zuweilen eine Larve an/ wie ich ſelbſten geſehen habe/ daß er ſich ſehen läſſet/ als were er eine Sau/ ein brennender Strohwiſch und dergleichen (l). Plures apparitionum formas deſcribunt *Remigius* (m) *Sim. Majolus* (n) *Mart. Weinrichius*

(i) Excell. Dnus. Doct. Morhofius diſputatione de paradoxis ſenſuum, exemplum aliquod ex actis Hafnienſ. refert. (l) in ſeiner Hauß-Poſtille ter. III. Pentecoſt. (m) Lib. I. Dæmon. cap. VII. & XXIII. (n) Dierum canicul. Tom. II. colloquio III.

ctra apparere, quam alio tempore in lucem editis, dicunt, ut *Lavaterus* ita refert (z). Alii, liberos ex utero materno exciſos, quos vulgo ungebohrne Kinder vocamus, ſpectra videre præ aliis poſſe autumant. Sed, cum hæc omnia eodem fundamento, quo aſſeruntur, rejici poſſint; abundet hic, qui velit, ſuo ſenſu.

§. 12. Porro ſunt, qui *potentia oculorum naturali* cauſam illam diverſæ viſionis aſſignant. Nimirum hi putant, quod quibuſdam oculi ſint acutiores quam aliis, indeque hoc ipſum provenire aſſerunt; Obſervatum enim eſt, tales homines, â quibus ſpectra videntur, plerumque magnos, acutos, & apertos oculos habere. Hi igitur, non in die & modo nativitatis, ſed in ſubjecto cui viſus ineſt, &

(z) parte I. de ſpectris p. m. 107.

& â quo viſio peragitur, cauſam illam quærunt: Sed, nec hæc ratio magno nititur fundamento. Nam eſto: potentiam viſivam in quorundam oculis magnam eſſe, quod etiam non nego, cum experientia hoc doceat, & exempla varia eorum, qui noctu æque ac die videre, legere, hominesquè dignoſcere potuerint, adducant Magnif. Dnus Doct. *Kortholt* (aa) *Th. Bartholinus* (bb) *Joh. Jonſtonus* (cc) *Olaus Magnus* (dd) *Kornmannus* (ee) unumque ex Boyle, *Fr. Tert. de*

(aa) in Appendice de Tribus Impoſt. Magnis p. 233. 234. 235. (bb) de Luce Hominum & Brutorum Lib. I. cap. XIV. p. 105. ſeqq. (cc) in Thaumatographia naturali Tit Admiranda hominum p. 482. articulo III. (dd) de Gent. Septentr. Lib. II. cap. XIV. p. m. 56. (ee) Libro de miraculis vivorum p. m. 75.

de Lanis (ff), imo, magis miratu dignum quoddam *Joh. Bapt. von Helmont*, qui *dari noctambulones*, ſcribit (gg), *qui palpebris clauſis, ſub denſis tenebris videre poſſint.* Eſto, inquam, hæc. An vero ideo, potentia hæc naturalis, quæ quorundam oculis ineſt, debilem illam potentiam in aliis auferre ita poteſt, ut verum corpus, quod tu accuratè & perfectè vides, alter, cui potentia debilis ineſt, in eadem, non adeo magna diſtantia, nullo modo, nec confuſe etiam videat?

§. 13. Alii proinde naturam arte juvantes, hanc fovent opinionem, quod, licet quidem Dæmones ordinariè viſu attingi non poſſint, ſi ta-

(ff) in Magiſter. Naturæ & Artis parte II. p. m. 47. b. (gg) in Ortu Medicinæ: Tit. de Formarum ortu p. m. 88. §. 53.

tamen aliquod medicamentum oculis applicetur, facile hoc fieri poſſe. Nam Rabbini (ut mentionem de iis facit Dnus *D. Morhofius* (hh) *ſingulare parant pro videndis Dæmonibus collyrium, quod horribile ſecretum nos nuper docuit Clariſſimus Wagenſeilius in ſota 482. ſi cui oculis Dæmones uſurpare lubido ſit, huic capienda ſecundina felis fœminæ nigræ primo partu â matre primogenita editæ, ea comburenda atque redigenda eſt in pulverem minutiſſimum, iſte pulvis oculis inſperſus, faciet, ut Dæmones ſint viſibiles. Cæterum ſervari iſtum pulverem oportet, in caniculo ferreo, ferreo annulo obſignato, ne quid exinde ſuffurentur Dæmones, os quoque canalis probè obturandum, ut omne caveatur periculum.*

(h) Diſſert. de Paradoxis ſenſuum, cap. II. de Paradoxis viſus.

lios vero, à quibus audiri & videri vult, ſinat ſimulacra & ſonos liberè commeare, & imaginationem eorum ad alia nulla abducat.

§. 15. Quam ſententiam *Del-Rio*, etſi falſitatis ſimpliciter arguere nolim, cum Diabolum ex permiſſu Divino, vel ſubjectum, vel medium vel objectum viſionis turbare poſſe non negem, quia tamen nimiam ſatanæ poteſtatem tribuere videtur, tutius dictum putem, ſi cauſam diverſæ apparitionis potius ſingulari directioni Divinæ, quam arti Diabolicæ, vel homini ipſi, vel diei, tempori & modo nativitatis tribuamus, ita, ut ordinariè, quando ſpectrum apparet, neceſſariò ab omnibus, quibus potentia viſiva ineſt, videri poſſe & debere dicamus. Quia autem DEUS noſtræ imbecillitatis optimè conſcius,

ſcius, pro benigna ſua Miſericordia permittere nolit; ut omnibus æque terror incutiatur, inde provenire per ſingularem directionem Divinã, quò aliquod mediũ injiciatur, ita, ut ab uno ſpectrum videatur, ab altero non. Conferat etiam qui velit, brevibus examinantes hanc quæſtionem: *Nic. Remigium* (ll) *Nicol. Jacquerium*(mm) & *Mich. Freudium* (nn).

CAP.

(ll) Lib. III. Dæmonolatr. cap. XI. p. m. 368. ſeqq. (mm) in Flagello Hæret. faſcinarior. cap. V. p. 28. & cap. VII. p. m. 48. ſeqq. (nn) In den Gewiſſens-Fragen Quæſt. XLI.

CAP. VI.

Varias apparitionum formas conſiderat.

Conſpectus.

§. 1. 2. Ipſæ variæ apparitionum formæ ſiſtuntur, & §. 3. examinantur. §. 4. *Auguſtinus Gibbon* cum aliis, perfecti hominis ſpeciem ſpectra aſſumere non poſſe, autumat §. 5. Cui contradicere videtur experientia quotidiana. §. 6. Nec columbæ forma Dæmonia uti poſſe, ſcribit *Mart. DelRio* §. 7. Id quod falſum eſſe, ex ipſo autore oſtenditur.

§. I.

ACcedimus ad caput ſextum, inque illo, varias ſpectrorum formas, in qui-

quibus communiter apparere ſole-ant, conſideramus. Sic Pauſaniæ *Virginis* εἴδωλον objectum fuiſſe meminit *Peucerus* (a). Alteri Dæmon ſe conſpicuum præbens effigie *D. Pauli* adhortabatur ad S. Literarum lectionem, ut hoc ſpecioſo colore eum ab humaniorum literarum ſtudio abduceret, ſicque per inobedientiam e Religione expelleret ſcribit *Martinus DelRio* (b). Apparent ſpectra in forma *quadrupedum, avium, ſerpentum, inſectorum, hominum* quocunque habitu &c. ſcribit *Gisb. Voetius* (c). Variis ſub ſimulacris ſe ſiſtit Dæmon, ut *Frommannus* refert (d) & actoris ſcenici in-

(a) Comment. de Div. Gen. p. m. 108. (b) Diſquiſit. Mag. Lib. II. q. XXVIII. Sect. 2. (c) Diſput. ſelect. Vol. I. de ſpectris. (d) de faſcinat. Magica Lib. III. parte VI. cap. VII. p. m. 786.

ci inſtar exercitatiſſimi, in theatro mundi agit perſonam quamcunque, jam forma *juvenis* elegantis, vel *virginis formoſæ*, his, qui veneris delicias animo ſecuro verſant, apparet. Jam *nobilis*, jam *Ruſtici*, jam *mendici* perſonam mentitur, &, ut homines omnium horarum dantur & dicuntur, qui ſeriis pariter ac jocis ſe commendare optime didicerunt; ita Dæmones ſpiritus ſunt omnium ſtatuum, ætatum, & ſexus omnis, qui cuicunque per præſtigiatorias Metamorphoſes externa ſpecie ſe accommodant. In *mulieris* ſpecie ſe obtulit Curtio Rufo; *Senis* macie & ſqualore confecti, Athenodoro Philoſopho, referente *Plinio ſecundo* (e), ſpecie *Grandis fœminæ*, nihil veſtitu aut facie à

H tra-

(e) Lib. VII. Epiſt. XXVII. conf. cap. I. §. 15.

tragica permutatæ furia Dioni apparuit apud *Plutarchum* (f).

